



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

Beneficia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

ignorantes, an ad portum salutis pervenire valeamus. Infelices, inquam, quorum vita est in exilio, vita in periculo, finis in dubio: nescientes finem nostrum, quia omnia in futurum reservantur incerta. Adhuc in pelagi fluctibus versamur, suspirantes ad te portum maris. O patria nostra, patria secunda, à longè te videmus, ab hoc mari te salutamus, ab hac valle ad te suspiramus, & nitimur cum lacrymis, si quomodo ad te perveniamus. Spes humani generis, Christe Deus de Deo, refugium nostrum, & virtus, cujus lumen à longè inter caliginosas nebulas super maris procellas, quasi stellæ maris radius oculos nostros irradiat. ut dirigamus ad te portum. Guberna, Domine, navem nostram tua dextera, clavo crucis tuæ, ne pereamus in fluctibus, ne nos demergat tempestas aquæ, nec absorbeat nos profundum, sed unco Crucis terræ nos ab hoc pelago ad te solamen unicum nostrum, quem à longè quasi stellam matutinam, & Solem justitiæ vix lachrymantibus oculis in littore cælestis patriæ nos expectantem videmus. En ad te clamamus redempti tui: sed & nunc exules tui, quos pretioso sanguine redemisti, Exaudi nos, salutaris nos, spes omnium finium terræ, & in mari longè. In mari turbulento versamur: tu in littore stans, aspicias pericula nostra: salvos nos fac propter nomen tuum. Da nobis, Domine, inter Scyllam, & Charybdim ita tendere, & tenere medium, ut utroque periculo evitato, salvâ nave, & mercibus, securi perveniamus ad portum.

DE BENEFICIIS,  
materia Orationis.

PUNCTUM CXLIX.

D. Bern. ser.  
14. in Psal.  
Qui habitat.

**B**ernard. Agamus gratias factori nostro, benefactori nostro, Redemptori nostro, remuneratori nostro. Secundum corpus te fecit egregiam creaturam, sed secundum animam magis, ut  
*Speranza Scriptura selecta.*

**A** pote imagine Creatoris insignem, rationis participem, capacem beatitudinis sempiternæ. Porro secundum ambo-  
*Beneficiorum Dei in homines pulchra ex-pensio.*  
mul præ cæteris creaturis maximè admirandam, coherentem sibi in omni comprehensibili artificio, investigabili sapientia Conditoris. Itaque tam magnum hoc donum, quàm magna res homo. Sed quàm gratuitum putas? Planum est, quod nihil antè promeruit, qui penitus nihil fuit. An postea sperabatur, gratiam retributurus auctori? *Dixi Domino: Deus Psal. 17. meus es tu, quoniam honorum meorum non eges.* Quidni gratias agam? Si quis oculorum lumen, si quis usum aurium, si quis manuum, si quis pedem tibi præpeditum aliquo modo reparasse videretur, si quis soporam quavis occasione excitasse in te rationem, quis non alius tibi vehementissimè succenseret, si quando fortè beneficij huius immemorem, aut benefactori deprehendisset ingratum?

**C** Ne hoc quidem (licet maximo) contentus munere, qui dedit, ut esses, qui antea non fueras, adjecit etiam, unde substiteres, qui jam eras; nec minus liberaliter hoc, quàm illud mirabiliter est operatus. *Faciamus, inquit, hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Quid verò postea? Et præsiti piscibus maris, & bestiis terræ; nam & cælestia sese elementa in usus creasse tuos antea docuerat.* Nempe facta memorantur, ut essent in signa, & tempora, & dies, & annos. Cui putas? Nulli utique, nisi tibi. Cæteræ siquidem omnes creaturæ, aut in nullo egent his omnibus, aut non intelligunt ea. Quam verò copiosus in secundo hoc beneficio, quàm liberalissimus fuit! Quanta largitus est ad sustentationem, quanta ad eruditionem, quanta ex hoc jam ad correptionem, quanta etiam ad delectationem? Verum hæc duo gratis, & dupliciter gratis fecit, sine merito tuo, sine labore suo, nempe: *Dixit, & facta sunt.* An ideo minus devotus, minus obnoxius, minus gratus es, quod hæc quidem sicut pro nihilo, ita de nihilo fecit? Perverti cordis est occasiones ingratitudinis vestigare. Nemo id facit, nisi qui etiam gratis esset ingratus.

Cæterum ex hoc jam tertium opus tuum  
Nunc redem-

redemptionis attende. Non est velamen excusationis, laboratum prorsus in ea. Gratis hoc quoque praestitum est, sed gratis, quod ad te pertinet: nam quod ad illam, planè non gratis. Salvus factus es pro nihilo, non de nihilo tamen. Quid ad hæc dormitat affectio? immò verò mortua est illa, non dormit, quæ huic beneficio non responderet, quæ se totam non effundit in gratiarum actionem, & vocem laudis. Itaque fecit te Deus tuus, fecit tam multa propter te, & semetipsum. *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.*

*Beneficio redemptionis qui non respondet, mortuus est.*

*Ioan. 1.*

Quid adhuc restat? factus est ipse tecum caro una, te quoque secum faciet spiritum unum. Non recedant hæc quatuor à corde tuo, non ab ore tuo, non à memoria, non ab affectione. Hæc cogita semper, in his jugiter delectare.

*D. Aug. Sol. 7.*

August. de multiplicibus beneficiis Dei: Miser ego, Deus meus, quantum teneor diligere te, ostende mihi. Quantum debeo laudare te, demonstra mihi. In te, Domine, desuper voce grandi in interiorum autem cordis mei: doce me, & collaudabo te: qui creasti me, cum nihil essem: qui illuminasti me, cum in tenebris essem: qui resuscitasti me, cum mortuus essem: qui pavisti me à juventute mea omnibus bonis tuis. Et unde hoc mihi, ò Creator cæli, & terræ, & abyssi, qui bonorum meorum non indige? Unde hoc mihi, quòd sic dilexisti me? O Sapientia, quæ aperis os utrorum: ò Verbum, per quod facta sunt omnia, aperio meum: da mihi vocem laudis, ut enarrem omnia beneficia tua, quæ mihi. Domine, à principio contulisti. Ecce enim sum, quia tu creasti me, & quòd me creares, & in numero creaturæ uniuersatim numerares, ab æterno tu præordinasti, antequàm quidquam faceres à principio, antequàm extenderes cælos, necdum erant abyssi, adhuc terram non feceras, nec montes fundaveras, necdum fontes eruerant: antequàm hæc omnia, quæ fecisti per verbum, faceres, me creaturam tuam fore, certissima veritatis tue providentiæ prævidisti, & esse me creaturam tuam voluisti. Et unde hoc mihi, Domine benignissime, Deus

altissime, Pater misericordissime, Creator potentissime, & semper mitissime? quæ mea merita, quæ mea gratia, ut complaceret ante conspectum tuæ magnificentæ majestatis creare me?

Non eram, & creasti me. Nihil fueram, & de nihilo me aliquid fecisti. Quale autem aliquid? (ò puncta ex quibus infinitæ meditationum lineæ protrahantur!) quale aliquid? Non stillam aquæ, non ignem, non avem, vel piscem, non serpentem, vel aliquid ex brutis animalibus, non lapidem, vel lignum, non ex eorum genere, quæ tantum habent esse, vel ex eorum, quæ tantum esse possunt, & crescere: non ex eorum genere, quæ tantum esse, & crescere, & sentire possunt, sed super omnia hæc voluisti, me esse ex his, quæ tantum habent esse, quia sum, & ex his, quæ tantum habent esse, & crescere, quia sum, & cresco, & ex his, quæ sunt, crescunt, & sentiunt quia sum, cresco & sentio. Et paulominus parem me creasti Angelis, quia rationem te cognoscendi cum ipsis à te communem accepi. Sed paulominus utique dixi, nam illi tuam felicem notitiam jam habent per speciem, ego autem per speciem illi facie ad faciem; ego per speculum in ænigmate: illi plene; ego autem ex parte. *Sed cum venerit, quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.* Et quidnam prohibebit nos non esse minores paulominus ab Angelis, immò per omnia pares, & æquales Angelis? nempe & hoc veritas tua dicit: *Æquales sunt Angelis, & filij Dei sunt.* Verè quidem erunt filij Dei, quia filius hominis factus est Filius Dei. Hoc utique consideranti mihi fiducia est dicere, non homo minor paulominus est ab Angelis, non utique tantum æqualis Angelis, sed superior Angelis: quia homo Deus, & Deus homo, non Angelus.

Et infra: Potuit manus tua, Domine, me lapidem, vel avem, vel serpentem, vel belluam aliquam creare, & scivit, sed noluit propter suam bonitatem. Quare ergo ego non sum lapis, vel arbor, vel aliqua belluam, quia sic ordinavit bonitas tua, & ut hæc ordinaret, non præcesserunt merita mea, ò incendium! ò flammam!

Iterum

*Beneficij creationis Augustiniana expressio.*

Iterum de beneficiis Dei: Ego autem filius ancilla tua his meis pauperulis confessionibus confitear tibi, & rediam ad mentem meam omnia bona, quae fecisti mihi à iuventute mea, omni vita mea, Scio namque, quod ingratitude multum tibi displiceat, quae est radix totius mali spiritualis, & ventus quidam deficcans, & utrens omne bonum, obstruens fontem divinae misericordiae tuae super hominem. Ergo, Domine, gratias tibi agam, ne sim ingratus tibi, liberator meus, quoniam liberasti me.

Quoties iam me absorberat ille Draco? & tu Domine, ab ore eius extraxisti me! Quoties ego peccavi, & ipse paratus fuit deglutire me? sed tu, Domine Deus meus, defendisti me. Cum contra te inique agebam? cum tua mandata frangebam, itabat ipse paratus, ut me raperet ad Infernū, sed tu prohibebas. Ego te offendebam: & tu me custodiebas. A te recedebam, & inimico meo me exhibebam: tu ipsum, ne me acciperet, deterebas. Hæc mihi tu Domine beneficia conferebas: & ego miser non cognoscebam. Sic enim me multoties à faucibus Diaboli liberaſti, de ore leonis eripuisti, & ab Inferno, licet nescientem, me multis vicibus reduxisti. Descendi enim usque ad portas Inferni, & ne illoc irrarem, tu me tenuisti. Appropinquabam usque ad portas mortis, & ne me ipsæ caperent, tu fecisti.

De morte etiam corporis sapius eruisti me, Salvator meus, cum graves morbi tenerent me, cum fui in periculis multis, per mare, per terras, ab igne, & gladio, & ab omni periculo liberans, semper mihi astans, & misericorditer salvans. Sciebas tu quidem, Domine, quia, si tunc mors me occupasset, Infernus animam meam suscepisset, & perpetuū damnatus fuisset: sed tua misericordia, & tua gratia prævenit me, eripiens me de morte corporis, & de morte animæ, Domine Deus meus.

Hæc & multa mihi tua alia beneficia exhibuisti, & ego eram cæcus, & non cognovi, donec illuminasti me. Nunc igitur, lux animæ meæ, Domine Deus meus, vita mea, per quam vivo: lumen oculorū meorum, per quod video: en illuminasti

me, & cognosco te: quia vivo per te, & gratias ago tibi, licet viles, & exiles, & impares beneficiis tuis, quales habet mea fragilitas, offero: quoniam tu es solus Deus meus, Creator meus benignus, qui amas nostras animas, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. En ego primus inter peccatores, quos salvasti, ut exemplum aliis tribuam benignissimæ pietatis tuæ. Confitear tibi beneficia tua magna: quoniam eripuisti me de Inferno inferiori semel, & secundo, & tertio, & centies, & millies: & ego semper ad Infernum tendebam, & tu me semper reducebas, & iuste millies damnasses me, si voluisses. Noluit, quia amas animas: Et dissimulas peccata hominum propter penitentiam. Nunc ergo video hæc, Domine Deus meus, & cognosco per lumen tuū: & deficit anima mea in misericordia tua magna, quæ est super me: quoniam eripuisti animam meam ex Inferno inferiori, & me ad vitam reduxisti. Totus enim eram in morte, totum me resuscitasti. Tuū igitur sit totum id, quod vivo, & totus totum me tibi offero. Totus spiritus, totum cor, totum corpus, tota vita mea vivat tibi, vita mea dulcis: quoniam totum me liberaſti, ut totum me possideres: totum me fecisti, ut totum me rehabereres.

Diligam te igitur, Domine, virtus mea, Diligam te, ineffabilis exultatio mea: & vivat jam non mihi, sed tibi tota vita mea, quæ perierat in miseria mea, resuscitata est in misericordia tua, qui es Deus misericors & miserator, & multæ misericordiae in millia his, qui diligunt nomen tuum. Idcirco, Domine Deus meus, sanctificator meus, iussisti in lege tua, ut diligam te toto corde meo, tota anima mea, tota mente mea, tota fortitudine mea, & totis viribus meis, & etiam ex intimis medullis cordis mei, omnibus horis, & momentis, quibus fruor bonis misericordiarum tuarum, quoniam semper peritem, nisi quia semper regis me; semper moterer, nisi quia semper me vivificas, & omni momento me tibi obligas, dum omni momento mihi tua magna beneficia praestas. Sicut ergo nulla hora est, vel punctum in omni vita mea, quo tuo beneficio non utar; sic nullum debet esse.

Nun 2 esse

Beneficium  
conservationis  
ab infestis  
animabus da-  
emonis, & pe-  
riculis inferni.

Beneficium  
conservationis  
ab aliis corpo-  
ris periculis.

esse momentum, quo te non habeam ante oculos in mea memoria, & te non diligam ex omni fortitudine mea. O ignis, qui semper ardes, & nunquam extingueris! O amor, qui semper ferves, & nunquam tepescis, accende me! Accendar, inquam, totus à te, ut totus diligam te: minus enim te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Diligam te, Domine, quoniam tu prior dilexisti me. Jubes te diligenda, quod jubes. & jube, quod vis.

At unde mihi verbum, ut explicem signa dilectionis tuæ maximæ erga me propter innumera beneficia tua, quibus à principio educaſti me? Post beneficium nempe, creationis, quando in principio de nihilo ad imaginem tuam creasti me, honorificans, & exaltans me inter eas creaturas, quas fecisti, & nobilitans lumine vultus tui, qui signasti superliminare cordis mei: quo ab insensibilibus pariter, & sensibilibus brutis discrevisti me, & paulominus ab Angelis minuiſti. Parum & hoc fuit ante conſpectum Divinitatis tuæ, quoniam quotidianis, & singularibus, maximisque donariis tuorum beneficiorum me sine intermissione nutrivisti, & quasi filium tuum parvulum, tenellum uberibus tuæ conſolationis lactaſti, & confortasti me: ut enim tibi totus ſervirem, omnia, quæcunque feciſti, in meum ſervitium tradidiſti. Omnia ſub pedibus hominis ſubjeciſti, ut ſolus homo totus tibi ſubjiceretur. Et ut tuus totus homo eſſet, ſuper omnia dominatus eſt homo. Exteriora nempe pro corpore cuncta creasti, ipſum verò corpus pro anima, animam verò pro te, ut tibi ſoli vacaret, & te ſolum amaret, poſſidens te ad ſolacium, inferiora verò ad ſervitium.

De beneficiis Incarnationis, Nativitatis, &c.

PUNCTUM CL.

N<sup>isquam Angelos apprehendit; ſed ſemen Abrahamæ apprehendit.</sup> Hinc Angelus

A ille ad Joannem: *Videne feceris, conſervus Apoc. 19; enim tuus ſum, Deum adora.* Ubi Gregor. D. Gregor. Quid eſt, quod ante Redemptoris adventum Angeli ab hominibus adorantur, & Evang. tacent; poſtmodum verò adorari reſugiunt, niſi quod naturam noſtram, quam prohibitus prius deſpexerant, poſtquam hanc ſuper ſe aſſumptam conſpiciunt, proſtratam ſibi videre pertimeſcunt, nec jam ſub ſe velut inſimam contemnere auſi ſunt, quam ſuper ſe, videlicet, in cæli Rege venerantur, nec habere deſignantur hominem ſocium, qui ſuper ſe adorant hominem Deum?

Hinc & ſancta illa quatuor animalia, Ezech. 1. dum ſuper firmamentum ſimilitudinem hominis vident, pennas quaſi in ſtuporem, ac ceſtaſim rapta demittunt.

Hanc mihi (quamvis alienigenam, & Pater) accipe, quia placuit oculis meis. O dignationem! Iud. 14.

C Apparuit benignitas, & humanitas Salvatoris noſtri Dei. Græc. Apparuit amor hominum: non ex operibus juſtitis, qua fecimus nos. Quis unquam ſub hominis forma Deum crederet? Sed verè tu es, Deus abſconditus, Deus Iſraël Salvator. Domine, quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui revelatum eſt? & aſcendet ſicut virgultum coram eo. Græc. Sicut puer lactens coram eo, & ſicut radix de terra in via, ſcilicet Virgine. Quis credidit auditui noſtro? Ergone putandum eſt, quod verè Deus habitet ſuper terram? Tit. 3. Græc. Iſa. 45. Iſa. 53. Euseb. Caſar. de præp. Evang.

Vt faceret opus ſuum (redemptionem noſtram, ſic Gregor. & Hugo Card.) alienum opus ejus, ut operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus ejus ab eo. Quidnam hoc? Enigma? Solvar amor: ſic enim ſpectes amorem ejus, ac miſericordiam, noſtræ carnis aſſumptio eſt opus ſuum: ut ſi Dei naturam ſpectes, quidnam alienum magis, ac peregrinum? Iſa. 28. Greg. hom. 16. in Ezech. Hung. Card. in hunc loc. 3. Reg. 8.

Verè, verè Cyprianus. In cæteris mirabilibus quocunque modo aliqua ſatis faciunt rationes, hic ſolum me completitur ſtupor. Damasc. Puer hic Deus eſt? Gen. 15. Domine Deus (verba Abrahamæ) Hebr. Adonai ichovitch, quod eſt, parvulus Deus, vel Deicule. O exceſſum! & ſtuporem! ineffabilis ille, incomprehenſibilis, & im-

& immensus amore tui descendit in uterum Virginis, Deiculusque (si dicere fas est) factus est? Puer lactens, Deus creator, per quem nec ales esurit, quin puer vagiens, Deus torius gaudij, & consolationis? Consideravi opera tua, & expavi, in medio duorum animalium cognosceris.

Deus ab Austro venit. August. A meridie, à fervore charitatis, Et Sanctus de monte Pharan, quod est, umbroso. Verè tu es Deus absconditus. Tamen,

Sum quidem & ego mortalis homo similis omnibus, & ex genere terreno illius, qui propior factus est: & egonatus accepi communem aërem, & in similitudinem factam, aut Græc. affectam, & passionibus, ac spinis obnoxiam decidi terram; & primam vocem similem omnibus emisi plorans.

Heu! heu! quid hoc? E rurbine quondam Dominus ad Job: Nunquid habes brachium sicut Deus, & simili voce tonas? Circumda tibi de corem, & in sublimine exigere, & esto gloriosus, & speciosus induere vestibus, q. d. Ut ego indutus sum gloria, ut ego tonitruum edo, ut ego voce abyssos concutio. O si adesles, & Job! si conspiceres tonantem, nunc vagientem; solum legibus, strictum fascia; fulminantem; trementem; indutum gloria, pannis involutum divitem, pauperem; sublimem, humilem, adoratum Deum, portatum ut parvulum; immensum in cælo, parvulum in præsepio; pretiosum in stellis, vilem in pannis.

Quis conclusit ostium mare, quando erumpere quasi de vulva procedens? Ego circumscriptus cunâ, strictusque fascia. O stuporem!

Vagit infans inter aëra  
Conditus præsepia.  
Membra pannis involuta  
Virgo Mater alligat,  
Et manus pedesque, & crura  
Stricta cingit fascia

Quid agis, & Virgo, quid agis? quid omnipotentem fascia constingis? quid dexteram illam solutam ligas? Fulmina ut alluescat deponere vindex? q. d. Accedite cum fiducia, si non ad thronum majestatis ejus, ad diversorium humani-

tatis ejus: accedite, inquam, quia nullus hinc est fulgurum, tonitruorumque timor: nec enim in summitate montis inter densas nubes legem daturus, Magnus Dominus & laudabilis nimis, sed parvulus Dominus, & amabilis nimis inter fascias, & in cunâ peccatores expectat.

Jam olim, inquit Chrysol. obsederat Chrysol. pavor omnia, timor solverat universa, cuncta concusserat terror, in cælo divinus splendor prostraverat Angelos, in terra tonitrua, & fulmina corda mortaliū quassabant. Sic nimius pavor Angelos fugavit ad terras homines traxit, ad idola, mundum vanis erroribus occupavit, fecit omnes Creatorem fugere, colere creaturas. Amare non potest, qui factis timeret: hinc est, quod mundus perire maluit, quàm timere: pavere mors ipsa levior. Denique Cain ubi parricidali concipitur terrore vexari, mortem petit, requiem credit, si periret.

Et quid dicam, Cain? Elias ille, ubi sensit, toto se timore aspergi reperebat, quam fugerat mortem melius existimans morti succumbere, quàm timori. Petrus quoque dominicæ virtutis timore turbatus, Christum, ut à se discederet, supplicabat: Discedo, inquit, à me, quia homo peccator sum. Hoc dicebat, quia quicquid erat amoris, & fidei, pondus pavoris extinxerat. Sic timor nisi amore fuerit temperatus, quanvis devotam servitorem efficit contumacem.

Videns ergo Deus, mundum labefactari timore, continud agit, ut eum amore revocet, invitet gratia, charitate teneat, & constingat affectu. Hinc est, quod inveteratam malis terram abluit ulciscente diluvio, & Noë novi sæculi vocat parentem, blando sermone compellat, dat familiarem fiduciam, pie de presentibus instruit, consolatur per gratiam de futuris, & jam non jussis, sed participato labore, una in arca claudit totius sæculi partem, ut societatis amor timorem servitutis auferret, & servaretur amore communi, quod fuerat communi labore salvatum.

D. Bern.

Chrysol. serm.

147.

Gen. 4.

3. Reg. 19.

Luc. 5.

Amore Deus revocavit mundum, quem timor fugerat. Genes. 6.

Esai. 3.  
August.  
Hebr.  
Isa. 45.  
Isa. 7.

Græc.

Job. 40.

Job. 78.

B. Thom. de Villanova.

Nunq. Hinc



Genes. 12.  
Amore sibi  
deuinxit A-  
braham, ut di-  
ligere disceret.

Genes. 28.

Exod. 3.

Amore Mey-  
sen sibi obstrin-  
xit.

Exod. 19.

Amore in-  
flammati ho-  
mines volue-  
runt Deum  
carnalibus in-  
tueri oculis.

Amor ratione  
caret, & mo-  
dum nescit.

Hinc est, quod Abraham vocat de gen-  
tibus, auget nomine, partem fidei facit,  
comitatur in via, inter exteros seruat, di-  
tat rebus honorat triumphis, promissis  
oppignorat, eripit iniuriis, hospitalitate  
blanditur, mirificat germine desperato, ut  
tot repletus bonis, tanta diuina illectus  
dulcedine charitatis Deum diligere dis-  
ceret, non timere, amando colere, non  
pauendo. Hinc est, quod Jacob fugien-  
tem solatur in somnis, redeuntem pro  
certamine provocat, luctatoris consti-  
git amplexu, ut amaret patrem certami-  
nis, non timeret.

Hinc est, quod Moysen patria voce  
vocat, paterna alloquitur charitate, ut sit  
plebis suæ liberator, inuitat. Et quid plu-  
ra? Deum facit: dedit eum in Deum Pha-  
raonis: Deum facit, quia in signis, armat  
virtutibus, iussis bella expugnat, militem  
ipso verbo vincere tribuit, præceptis tri-  
umphare concedit, atque per omnes vir-  
tutum coronas ad amicitiam suam pro-  
mouet, celestis regni præstare esse partici-  
pem, ut ipse sit legislator indulget, totum  
tamen, ut amaret, accepit. Denique tan-  
tum esset Dei amore successus, ut ipse ar-  
denter diligeret, & alios, ut diligerent, sic  
moneret: *Diliges Dominum Deum tuum ex  
toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota  
virtute tua.* Quicquid est cordis, quic-  
quid mentis, quicquid virtutis humanae,  
ita Dei amore voluit possideri, ut homi-  
nis mundanus non haberet quid violaret  
affectus. Sed per hæc, quæ memoravimus,  
ubi humana corda flamma diuinæ chari-  
tatis accendit, & humanis sensibus amo-  
ris Dei tora se fudit ebrietas, saucia men-  
te cœperunt Deum carnalibus velle ocu-  
lis intueri. Deum, quem mundus non  
capit, augustus quomodo capere poterat  
humanus aspectus? Quid erit, quid de-  
beat, quid possit, non respicit jus amo-  
ris.

Amor ignorat iudicium, ratione caret,  
modum nescit. Amor non accipit de im-  
possibilitate solarium, non recipit de dif-  
ficultate remedium. Amor nisi ad deside-  
rata pervaserit, necat amantem: & ideo  
vadit, quod ducitur, non quod debeat. Amor  
parit desiderium, gliscit ardorem, ardor

A ad in concessa pertendit. Et quid plura?  
Amor, quod amat, non potest non videre:  
hinc est, quod omnes Sancti omnia, quæ  
meruerant, parva duxerunt, si Dominum  
non viderent. Et revera, Fratres, quomo-  
do pro beneficiis reddet obsequium, si be-  
nificiorum non videat largitorem? Aut  
quomodo credit à Deo se amari, cuius  
non meretur aspectum? Hinc est, quod  
amor, qui cupit videre Deum, etiam non  
habet iudicium, habet tamen studium  
pietatis. Hinc est, quod Moyses audeo di-  
cere: *Si inveniam gratiam coram te, ostende*  
*mhi faciem tuam.* Hinc est, quod alius di-  
cit: *Ostende faciem tuam.* Denique & ipsi  
Gentiles ob hoc simulacra fixerunt, ut in  
ipsis erroribus oculis cernerent, quod cole-  
bant. Sciens ergo Deus visendi se desi-  
derio cruciari, lassarique mortales, unde  
se visibilem faceret, hoc elegit, quod esset  
& terrenis magnum, & non minimum su-  
pernis.

Quid ergo times, o homo? quid trepi-  
das à facie Domini, quia venit? Venit non  
iudicare, sed salvare terram. Noli fugere,  
noli timere: non venit cum armis: non pu-  
niendum, sed salvandum requirit. Ne for-  
te dicas etiam nunc: *Vocem tuam audivi, &  
abscondi me; ecce infans sine voce: nam va-  
gientis vox magis miseranda est, quam  
tremenda. Velut in hoc scires, quia non  
venit perdere te, sed salvare, eripere, &  
non ligare. Jam adversus hostes tuos di-  
micat, jam superbiorum, & sublimium  
colla, tanquam Dei virtus, & sapientia  
caleat. Non videbit me homo, & virget, tunc:  
sed modò, & video, & vivo: Et videbit  
omnis caro salutare Dei.*

Loquere tu nobis, dixit quondam popu-  
lus, & audiemus, non loquatur nobis Domi-  
nus, ne forte moriamur. Secitque populus de  
longè. Sed accedet modò auditorus abs-  
que timore loquentem in Filio verba vi-  
tæ. Bern. Infans quidem est, sed Verbum  
infans, cuius ne ipsa quidem infantia ta-  
cet.

Necdum loquitur lingua, & quæcun-  
que de eo sunt, clamant, prædicant, evan-  
gelizant. Clamat stabulum, clamat præse-  
pe, clamant lacrymæ, clamant pannus: to-  
tus prædicat, torus evangelizat, sed tu  
terrenis

Exod. 33.

Psal. 70.

Christus homo  
factus, ut vi-  
derent homi-  
nes, quem ut  
amabant, sic  
videre cupie-  
bant.  
Bern. ser. 8. in  
Nat. Dom.

Exod. 20.

D. Bern. ser. 3.  
in Nat. Dom.

terrenis auribus divinos accentus nequaquam audis.

*Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quasi aura lenis audivi, & quasi furtive suscepit auris mea venas susurri eius.*

*Consolamini, consolamini, popule meus, dicit Deus vester. Loquimini ad cor Ierusalem. Revelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter, quod os Domini loquutum est. Parvulus natus est nobis, & vocabitur nomen eius.*

*Constitutus Evangelicus. Quare ad caelestis philosophiae lectiones, quas ex praesepis cathedra tibi legit infans eloquens, accede: Vox clamantis: Clama, & dixi: Quid clamabo? Primae lectioni attende: Omnis caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos agris: Exsiccatum est foenum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflavit in eo. Verè foenum est populus. Iterum dico: Exsiccatum est foenum, & cecidit flos. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Ierusalem; quasi dice ret, sunt pulvis, & cinis, sed audire nolunt, superbit terra, & cinis, & magnificat se homo super terram, vel homo de terra, & ambulat in mirabilibus super se, licet Deus taliter descenderit infra se.*

*Bernard. Ad quid, Fratres, aut qua necessitas fuit, ut sic exinaniret se, sic humiliaret se, sic abbreviaret se Dominus majestatis, nisi ut vos similiter faceretis? Jam clamat exemplo, quod postmodum predicaturus est verbo. Quid ergo tunc magis indignum, quid detestandum amplius, quid gravius puniendum, quam ut videns Deum caeli parvulum factum, ultra apponat homo magnificare se super terram: Intolerabilis impudentiae est, ut ubi sese exinanivit majestas, vermiculus (ò quam verè vermiculus!) infletur, & intumescat.*

*Idèd hodie lapis sine manibus absconditur, ut caput istud tuum elatum conterat, ac in terram, de qua sumptus es, istiusmodi elationis tuae statuem deiciat.*

*Ut David hoc exemplo ad humilitatem perductus? In veritate tua humiliasti me; id est, in Filio tuo humilitatem me docuisti, inclinavi sceptrum, coronam*

*A deposui. Et ludam (coram Arcâ tuae humanitatis figurâ) & vilior fiam, & ero humilis in oculis meis. Ut Reges illi deponerent coronas ad pedes Agni! Tu fastum non dejicis:*

*Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, id est, ut egregiè explicat D. Thom. Depone superbiam animi tui, antequam tribulatio tibi à Deo immittatur ad tuam humiliationem.*

*In Messiae adventu casurae dicuntur turres. In die, cum ceciderint turres. Et arrogantia, tumoresque nostri in hac die non cadunt?*

*Qui fieri potest? Is qui forma Dei erat, semetipsum exinanivit: Tu superbis. Discede à me. Quid, & increata sapientia? Quid non mundum fabricare, non cuncta visibilia, & invisibilia creare, neque in ipso mundo mirabilia facere, aut mortuos suscitare: sed mitis sum, & humilis corde.*

*O virtutem divinam, Deique propriam! Deus enim, ut dicit Thomas, qui verè magnus est, verè de se humiliat: nos, qui viles sumus, quò, ubi non sumus, descendimus? Exeremus arramen hanc virtutem, dum nos ipsos dejiciamus, elevamus. Et ludam, & vilior fiam, plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo. Dabis & partem gloriae tuae. Oleaster: Dabis & partem dejectionis, vel humilitatis tuae. Humilitas igitur gloria est, Chrysof. Apostolus dicens: Non sum dignus vocari Apostolus; factus est Apostolorum primus, dictus videlicet per excellentiam Apostolus. Augustin. Joannes dum ait: Non sum dignus, ut solvam ejus corrigiam calcamenti; verticem Christi abluir: ille manum ad pedes non audebat mittere, dignusque factus est, qui manum supra Christi caput elevaret. Centurio, dum humiliter ait: Non sum dignus, ut intres sub tectum meum; dignus est predicatus, ut hoc illi à Domino praestaretur.*

*Humilitas dici potest, & campus germinans, vel iuxta alios, fructificans de profundo nimio. Quia respici humilitatem. Alii, Nihilitatem. O profundum animam, scilicet profundissimum!*

*Humilitas*

16. 4.

Isa. 40.

Isa. 9.

Hebr.

Bern. ser. 1. in Nat. Dom.

Dan. 2. Ric. de S. Piet. li. de evud. c. 20.

Isa. 118. 1. Reg. 6. Apoc. 4.

106. 36. D. Thom. ibid.

Isa. 30.

D. Thom. opusc. c. 63. de Beat. c. 2.

2. Reg. 6.

Num. 27.

Humiliatio gloria est. Chrysof.

Sap. 16.

Alii, Humilitas campus germinans de profundo.

Humi-



Eroverb. 18.

Humilitas est signum venturæ gratiæ, ac favoris in anima. Antequam conteratur, exaltatur cor hominis, & antequam glorificetur, humiliatur.

Iob. 18.

Humilitas cultos, superbia exterminium virtutum. Devotes pulchritudinem cutis ejus, & consumat brachia illius primogenita mors. Ubi Gregor. Non incongruè primogenita mors superbia vocatur. Initium omnis peccati, superbia. Peccata cætera respectivè comedunt, sed superbia devorat. Ut bonorum omnium brachia consumitur virtutum omnium pulchritudinem devorat! ut fatuarum Virginum pulchritudinem, oleumque operum devoravit!

Matt. 6.  
Sacr. El.  
Myr. 1. c. 2.

Quid mirum, si Magister humilitatis sub tanta humilitatis custodia opera fieri mandavit? Tu autem cum ora-veris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum. Item: Tu vero cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava. Ubi ex observatione recentiorum peculiari quodam verbo utitur Salvator, quod mollium, ac penè effeminatorum, non factorum unctiorem significat: nam ibi, ungo, à verbo *ἰδαίνω*, quod est linio, unde *ἰδαίνω*, non à *ἴσθια*, unde *chrismata*, derivatur, quasi ea unctiōne jejunantes uti vellet Salvator, quæ mollium, voluptatorumque erat, non præstantiorum, ac sanctorum, ut scilicet hac ratione exterius hominum plausus omninò tegetetur, neque ita meritum operis à primogenita morte voraretur.

D. Gregor.  
hom. 29. in  
Evang.  
Idem 34.  
Moral. c. ult.  
Superbia evidens signum reproborum.

Humilitate  
Chananae  
curata ejus  
filia.  
Matth. 15.  
Marc. 7.

Perpulchrè nonnulli observant, expulsionem illam Dæmonis ex filia Chananae apud Matth. datam fidei, & apud D. humiliari: Et rogabat eum, inquit Marcus, ut Dæmonium efferret de filia ejus, qui

A dixit illi: Sine prius saturari filios, non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa respondit, & dixit illi: Vtique, Domine, nam & canes comedunt sub mensa de micis puerorum. Et ait illi: Propter hunc sermonem vade, exiit Dæmonium à filia tua.

B Quin ob humilitatem gratias videtur continere non posse, nec expectare. Dixerat Centurioni: Ego veniam, & curabo eum. Sed cur non ixit? Quia Centurionis humilitas gratiam præoccupavit, antequam iret.

Quid, quod gratias multiplicat easque confert, vel alioqui immerentibus, si in eis aliquod humilitatis appareat? D. Epiphanius in Ancorat. responsum illud Achab. Non petam; dat humilitati, aitque: Hanc Regis humilitatem duobus signis remunerat Dominus, qui prius unum tantum erat pollicitus, largitur enim Dominus duo: Ab excelso Verbum suum, quod misit, à profundo carnem, quam propria voluntate Verbum assumpsit. Ubi etiam expende juxta Epiphanius quantum sese Christus deiecerit à profundo, inquit, carnem assumpsit.

Sed quid aliud prædicat? Ecce Rex tuus, venit tibi iustus, & Salvator, sed ipse pauper. Nemo ex Regibus aliud habuit nativitatis initium. Verum, Domine: sed si nativitatis tuæ circumstantias perpendo, pauperiorum neminem reperio: non enim solum filij Regum, sed quorum vis aliorum filij, quasi vestiti in hoc mundo nascuntur: tu pauper natus, qui agros etiam floribus vestis, nudus naceris. Pauculi pro purpura, inquit Cyprianus pro byssino in ornatu regio lacinæ congeruntur. Bernardus. Nullam hic audio pellicem fieri mentionem. Primus Adâ pellicis vestitur tunicis, pannis secundus obvolvitur. Non sine certi ratione mysterij pannis Salvator obvolvitur, quando id manifestè in signum nobis commendatur ab Angelo. Hoc, inquit, vobis signum. Invenietis infantem pannis involutum. In signum positi sunt panni tui, Domine Jesu, sed in signum, cui à multis usque hodie contradicitur: ab his nimirum, qui mollibus, sericisque induti, nec tibi, nec pauperi nudo compatiuntur.

Heu

Humilitas facit, ut Deus continere gratias nequeat.  
Et ut gratias alioquin immeritis conferat.  
D. Epiphanius in Ancorata.

Christi nati paupertas.

Cyprianus de Nat. Christi. & 4. in Nat. Dom.

Luc. 2.

D. Hieron. Heu (plorat Hieron.) filius hominis A non ferrum eduxit. *Bibi vinum meum, lacrymas nimirum cum lacte meo. Et potum meum cum fetu miscebam.*

Christus hyeme cur nasci voluit. Quid prædicas, parvule mi Doctor, quid prædicas? Pati. Idem Bernard. En hyeme nasci voluit. Nunquid credimus casu factum, ut in tanta aeris inclementia, & in tenebris nasceretur, cujus est hyems, & æstas, dies, & nox? Non eligunt parvuli, quando nascantur. Christus, Frater, etsi homo erat, erat tamen in principio apud Deum. Nasciturus itaque Dei Filius, cujus in arbitrio erat, quodcumque vellet, eligere tempus, eligit, quod molestius est. Id ergo melius, id utilius, id potius eligendum. Hic sciet reprobare malum, & eligere bonum. Malum ergo voluptas corporis, bonum vero afflictio est: siquidem & hanc elegit, & illam reprobavit puer sapiens, verbum infans.

1. Reg. II. Dominus meus habitat in pabulibus (Bethlehemitico turguriolo) & ego ingrediar domum meam ut bibam, & comedam, & dormiam cum uxore mea (carnel)

Cur item nocte. O tenelle Salvator meus, quid nocte potius, quam die nasceris? Ut statim nocturnum frigus toto corpore degustarem magis: nox etenim ipso die semper frigidior est. Cum lacte suxi tribulationes: *Bibi vinum meum cum lacte meo.* Solet infantium nutritrix: solet nulla affici molestia, ne puer fugens fugat molestias. Heu! heu! sanctissima tua Nutrix, ac Genitrix Virgo anxietatibus, angoribusque pascitur, ac nutritur: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Quomodo dulcissimum illud lac sit dulce, quod tot tantæque premunt angustia? *Non coques hœdum in lacte maris.* O legem sapientissimam! sed ubi tecum, ô legis conditor!

Isa. 10. O quam citò in laboribus, à nativitate, nedum à juventute! *Voca nomen ejus: Accelera, festina.* Quid? A nativitate pati, pro nobis sanguinem fundere. *Messui myrrham meam cum aromatibus meis, bibi vinum meum cum lacte meo.* Messui tanta animi voluptate, sicut qui letantur in messe, myrrham me à primam, spontaneam, quam in circumcissione solus amor, non clavi, non lancea, *Speranza Scriptura selecta.*

non ferrum eduxit. *Bibi vinum meum, lacrymas nimirum cum lacte meo. Et potum meum cum fetu miscebam.*

Sed illæ tunc Christi infantis lacrymæ, vagientisque pueri voces ex eo erant, quod necdum posset totum effundere Sanguinem, nec brachia extendere in crucem.

De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput. Comparat hic eum viatori æstulaboranti, & anhelato (nam *Exultavit, ut gigas ad currendam viam, à summo celo egressio ejus*) qui quandam incidit in aquam, & præstiti non potuit se continere, quin biberet: nam labores, ac passionis amore æstuos, & sitiens mirum in modum apparebat. Bibit igitur nunc de torrente passionis, ut potuit, primoribus videlicet labiis, donec siticulosus cervus ad fontes aquarum amarissimæ passionis perveniret, ac sitim expleret

Aperi mihi, soror mea sponsa, aperi mihi, quia caput meum pleum est rore, & cincinnati mei gutta noctium. Ros, guttaeque noctis sunt hæc sanguinis stillæ. Antequam copiosus imber defluat, tenuis è celo dilabitur pluvia. En tenuis pro nunc sanguinis pluvia è sublimi illo corpusculi celo: veniet, veniet tempus, quo cæli catacactæ aperientur, dum non gutta, sed unda, ut ait Bernard. per quinque corporis partes, emanabit, & fiet copiosa apud eum redemptio.

Ecce nubecula parva ascendebat de mari, & facta est pluvia grandis. Nubecula hæc parva, & rubea in mane circumcissionis indicat, quam magna futura sit pluvia passionis. Apud Mattheum, ait Dominus: *Hodie tempestas, rurilat enim triste calum.*

Hodie Sanguinis primitias Christus obrulit, in cruce postmodum totum offeret.

Vestem humanitatis sanguineis nunc sparsit guttis: *Lavabit postea in vino stolam suam & in sanguine uræ pallium suum.*

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo, quia vulneratus charitate & ego. Amoris siquidem febris in præsepis lectulo laborabat. Sed in fanrulo venæ sectio non adhibenda, pauca sanguinis stillæ si educantur, satis veniet miles, veniet qui lancea latus ejus aperiet, peccatorisque illius amantis venas laxabit.

Christus puer illachrymavit, quod sanguinem fundere non posset totum. Psal. 109.

Cant. 5.

3. Reg. 18.

Matth. 16.

Gen. 49.

Cant. 2.

Christus in præsepis lectulo febris amoris laborabat.

Ooo Emptor

Isa. 9.  
Iud. 14.

Emptor emendæ rei cupidus, antequam totum exsolvat pretium, arrhabonem, pignusque dare consuevit. O pretiosi sanguinis arrhabonem! ð pretij illius magni, quo empti sumus, nostræ salutis pignus? ð amorem! ð charitatem! *Zelus Domini exercituum fecit hoc. Hanc mihi (Pater) accipe, quia placuit oculis meis. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Ceciderunt è cælo Angeli, ac Sera; hipi, jacent adhuc, in æternum jacebunt: cecidit homo, manum porrigit Deus, ut jacentè sublevar, taliterque sublevar, ut cum ad incomprehensibilem dignitatem attollat. Zelus Domini exercituum fecit hoc. Quia placuit oculis meis.*

Bern. ser. 2. in  
Cant.

Amor de Deo  
triumphat.

Philip. 1.

Num. 12.  
Psal. 44.  
Sap. 7.  
Hebr. 3.

Malac. 1.  
Isa. 54.

Exod. 12.

Bernard.

Osuavitatem! ð gratiam! ð amoris vim! exclamat Bernard. Quis hoc fecit? Amor dignitatis nescius, affectu potens, suavitè efficax. Quid violentius? Triumphat de Deo amor. Quid tamen tam non violentum? Amor est. Quæ est ista vis, quæ so, ram violenta ad victoriam, tam victa ad violentiam? Denique semetipsum exinanivit, ut scias amoris fuisse, quòd plenitudo effusa est, quòd altitudo adæquata est, quòd singularitas associata est. Cum quoniam tibi, ð admirande sponse, tam familiare consortium? *Nobis, inquit capite. Cui tecum? An Ecclesiæ de gentibus? De mortalibus, & peccatoribus collecta est. Illam scimus, quæ sit. Sed tu quis es. Æthiopiis hæc hujus tam devotus, tam ambitiosus amator! Sanè non alter Moyses, sed plusquam Moyses. Num tu ille es speciosus forma præfiliis hominum? Parum dixi: Candor est lucis æternæ, splendor, & figura substantiæ Dei. Postremò super omnia: Deus benedictus in sæcula.*

*Dilexi vos, & dixistis, in quo dilexistis nos? O ingrati animi vitium! audite: Dilexi nos, & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Interim primitias æternæ Patri offeramus, quibus nihil gratum magis: & si fuerint peccata nostra ut coecium, vel roseum, nimirum Christi sanguine rubricantia: quasi nix dealbabitur: Agni que hujus sanguine aspergamur, ut nos percutiens Angelus pertranseat.*

Sed meminerimus, Christum tam citò passum, ut & ipsi patiamur. Vide, inquit Bernard. quantum ad suscipiendos dolores festinavit, quantum promptè Sanguinem effundere: circumcisus pro nobis die

Nativitatis suæ octavo Christo: octavam diem à nativitate sua vix expectat, ut suum tibi impendere sanguinem incipiat: tu post, non dico octo dies, sed nec post octoginta annos solam non rependens voluntatem! Sic tenellus & lactens passus est: nos grandævi, & rusticales nihil patiemur? *Christus passus est pro nobis, ait Petrus, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia ejus: ac ne fatigemur, ne terreamur, parvulus factus est, non gigas, pederentim ambulans cum Ephraim, ut nunc quisque illud dicere possit: Vestigia ejus secutus est pes meus. Et illud: Osee 11. ex Custodiam legem tuam semper, vel custodiam legem tuam ad vestigium. Et exurge, Domine Job. 23. Deus meus, in præcepto, quod mandastis, hoc Psal. 118. est, juxta August. Veni, Domine, carnem assume. & operare tu, quod nobis operari jubes. Et Synagoga populorum circumdabit te; & tunc cuncti populi tibi adherent, & tunc omnes imitabuntur. Idè adolescentula dilexerunt te. Chald. Et idè dilexerunt justi ambulare post viam bonitatis tuæ. Curremus in odorem unguentorum tuorum. Viam mandatorum cucurri. cum dilatasti cor meum, vel cum dilationem fecisti mihi.*

O ingens, ð verè ingens beneficium! *Quondam Deus Abraham vocavit: Egredere de terra tua, & c. & veni in terram, quam monstravero tibi. Egredere id prompto animo Abraham, & factò, ut ait Ambrosius, prævenit dicta sapientum, sequitur est Deum. Sed norandum, quòd in egressione hujus relatione inquit Paulus: Et exiit nesciens quòd iret Mysticè præcedentem Deum hominè non habebat. Sic infra: Ambula coram me. Nondum post me, quod postea dictum est: Sequere me. Venite post me, & c.*

Hunc eundem præcedentem ut Moyses peroprabat! *Præcipis, ut educam populum istum, & non indicas mihi, quem missurus sis mecum. Si inveniri gratiam in conspectu tuo, ostende faciem tuam. Hago Vid. id est, præsentiam tuam. Hebr. Viam tuam, illam nimirum: Ego sum via, si non tu ipse præcedas: ne educas nos de loco isto Eugub. ex Heb. Nisi præsentia tua, vel vultus tui veniant, ne educas nos de loco isto. Cur vultus in numero multitudinis: quia hunc Deum & hominem, hoc est, ut scholæ verbis utamur, unam Christi personam duabus.*

In quibus in naturis subsistentem optabat.

Onos felices, qui in hoc mundi deserto jam præcedentē habuimus! Venite (nunc) & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus. En ascendit, iter pandens ante eos, vel qui dividit ante eos quasi diceret, montes complanat, redditque præva in directa, & aspera in vias planas. Quisque sequi potest, puer, juvenis, senex, ut Petrus, & Andreas ferè senes, Johannes præpiti & decem annorum, & Infantes lactentes secuti sunt Agnum, quocumque ivit. Gaudent in calis anima Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti, & quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, idèd eum Christo exultant sine fine.

Eia, Christi vestigia sequamur: nemo enim melius ambulat, quam qui ejus vestigia terit. Aliena vestigia recalcantem posse benè discurrere, non fatebor, inquit ille, sed ut supra, cum de D. Francisco loqueremur, jam diximus, de imitatione oratoria, non de Christi imitatione loquebarur. Is benè, quin optimè discurrit, qui Christi vestigia pro suo posse recalcat.

De Sanctissimo Eucharistia Sacramento.

PUNCTUM CLI.

Sed jam tempus est, ut ad excellentissimum illud instituti Sacramenti beneficium veniamus.

Ecce Deus noster ignis consumens est. Ignis in altari meo semper ardebit. Et in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari. Ut ignis illuminat, & inflammatur, sic divinum hoc Sacramentum id præcipuè habet proprium, ut intellectum illuminet, ac effectum inflammet.

In libris Regum, & in Cant. Cantico-rum mirabile illud opus describitur, quod sibi fecit Rex Salomon: in quo eum singula nemo non miretur, illud præsertim suspiciunt omnes, quòd interiorem ejus

partem amore, & charitate constravit, ubi veluti pro stemmate, aut simbolo amoris carbonem ignitum fuisse volunt, qui ex Hebr. transtulerunt: Et in medio ejus carbo ignitus. Ferculum hoc, aut sella gestatoria, sive thronus, juxta Ambros. Bed. & Bern. divinum est Sacramentum. Nam, media charitate constravit. Alij: Medium ejus combustum, & ardens charitate; vel, Medium ejus tenet incensus charitate propter filias Jerusalem, sive, à filiabus Jerusalem. Hoc est: Semetipsum Deus, qui charitas est, in eo posuit, quòd totus erga animas ardeat charitate, quòdquè ad sui amorem eas hoc pacto velit allicere, ac inflammare. Nec id solum, verum ut sapientissimus Salomon, plusquam Salomon hic, in hoc non mundi negotia, ut ait Philo, sed cælestis regni firmat documenta. Et favet Rupertus, qui per hoc ferculum sacras Scripturas intelligit, quò utrumque effectum luminis, & caloris intelligas.

Vidit Propheta fluvium igneum, rapidumque egredientem à facie Dei. Quid hic aliud, quam divinum hoc Sacramentum, quod flumen est sapientiæ, ignis amoris, quod corda rapit, dum ab illo amoris incendio egreditur?

In Exodo: Totus mons Sinai fumigabat, quòd descenderet Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace. Stetitque populus de longè Moyses autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus.

Quid est aliud altare hoc nostrum, quam flammæ mons, in quem Deus ipse descendit, & ad quem per caliginem sacramentalium accidentium Dei familiaris ascendit, ut calorem concipiat, ut lumen acquirat?

Verè Carbores succensi sunt ab eo, inclinat vit calos, & descendit, & caligo sub pedibus ejus, & ascendit super Cherubim; ut amorem scilicet, ac scientiæ plenitudinem ferat.

Sed sigillatim effectum unum post alterum videamus. Duo ligna inter cætera, plantavit Deus in Paradiso voluptatis, alterum verò scientiæ boni, & mali. Exitium hominis notum est, & quàm meritò fuerit utroque privatus,

000 2 mor-

Isa. 2.

Mich. 2. D. Hier.

Christum nunc sequi omnes possunt.

Est ferculum Salomonicum.

Hebr.

Ambros.

Beda.

Bernard.

Alij.

Sept.

Philo Carpathius. Rupert.

Dan. 7.

Et fluvius

igneus,

Exod. 9.

20.

Psal. 17.

Gen. 3.

Eucharistia Sacramentum illuminat, & inflammatur.

1. Reg. 6. Cant. 3.

*Panis vita, & intellectus.*

mortalisque, & cæcus effectus, jam nemo ignorat: sed en pro utroque præstantius ligum vitæ, & scientiæ, cuius fructus est panis vitæ, & intellectus.

*Ezech. 3. Et volumen Ezechielis.*

Ad Ezechielem Dominus: *Fili hominis, comede volumen istud. Quid? legat volumen, an comedat? Comedat, quia mysticum volumen est. Comedi illud, & factum est in ore meo, sicut mel dulce. Et quis inde effectus? luminis, ac splendoris. Et ecce gloria Domini stabat, quasi gloria, quam vidi juxta fluvium Chobar.*

*1. Reg. 13. Et mel Ionatha.*

Istud ipsum est mel Ionathæ, qui intinxit in favum mellis, & convertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi.

*Prov. 9. Et gymnasiū in quo scientia cibo, & potu comparatur.*

In Prov. *Sapientia edificavit sibi domum, excidit columnas septem, &c.* Sed quis crederet, in hoc gymnasio, cibo, potuque scientiam comparari? *Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod misit vobis.*

*Cant. 2. Chald.*

Hic Sponsa suam comparuit doctrinam. *Introduxit me Rex in cellam vinarias Chald. In domū gymnasiū doctrinæ.* O quantam novit! & quam sapit anima in hoc gymnasiū introducta!

*Cant. 6. Hebr. Sept.*

Secretiora Dei, pro suo tamen captu, intelligit eadem Sponsa: *Venter ejus eburneus, distinctus sapphiris.* Heb. *Viscera ejus venter eburneus operitur sapphiris, aut, interiora ejus puritas, vel munditia eboris.* Sept. *Venter ejus tabula, vel pyxis eburnea super lapidem sapphirum.* Pyxis est vas illud argenteum, vel aureum, in quo sanctissimum Sacramentum servamus, & Græcè, pro scrinio etiam lumitur, in quo pretiosa secreta reconduntur, qualia sunt Regum diplomata, rescripta Pontificum insigniumque hominum sententiæ, ac monumenta, quæ secretiora, altioraque sunt, quam quæ omnibus pateant.

*Theod.*

Quo sensu Christi viscera in ea pyxide cæli erunt archivium, diviniæque sapientiæ scrinium, in quo reconditi servantur omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. Favet Theodoretus, qui per Christi ventrem sacram Scripturam intelligit, quam rectè mysteriorum profundum, & penitus cognitionis appellat, qui quidem venter super lapide sapphiro fundatus dicitur, ob rerum cælestium, ac divinarum arcana

A profunditatem, in quam plerique per hoc Sacramentum tam intimè ingrediuntur, ut supræ se per eccliam rapiantur.

Hinc in Exod. *Sic autem comeditis illum, renes vestros accingetis, &c. & comeditis festinanter.* Hebr. *Cum ecstasi, & stupore.* Exod. 12.

Hinc mensa cum panibus propositio- nis coram candelabro. Luc. 24.

Hinc illi *Cognoverunt eum in fractione panis.* Quia videlicet intellectū illuminat.

B Sed jam ad effectum alterum transeamus, nimirum affectum inflammat. Nihil magis, quam amor in amorem accendit, quapropter ille: *Si vis amari, ama. Nunc, Nunquid non isto torris est erutus de igne? Et Iesus erat indutus vestibus sordidis.* Zach. 2.

O quam conspersa sanguine vestis humanitatis! & quanto ex amoris incendio torris iste erutus fuit! *Ossa mea, sicut cremium, aruerunt.* D. Hieron. *Quasi fruxa contabuerunt.* August. *Tanquam in fruxorio adusta sunt.* Alij, *Tanquam focus, & torris* Psal. 101. Hier. August. Alij.

C *confruxa sunt.* Alij, *Tanquam focus, & torris adusta sunt.* Ur in urbis direptione, cum urbs ferro, ignique traditur, prædæ cupidus miles eoque prædatur, ut flamma correptus incendatur: sic quid aliud fuit Christi passio, quam Inferni prædatio, quam animarum direptio?

*Ad prædam, sili mi, ascendisti. Voca nomen ejus. Accelera spolia dirahere, festina prædari.* Genes. 49. Isa. 8.

Sed ecce, dum tota aviditate prædæ inhiat, incensus moritur. *Et erat gloria Domini quasi ignis ardens supra verticem montis in conspectu filiorum Israël.* Ex hoc autem incendio torris iste erutus est, qui universum incendat orbem. O torrem! & flammam.

O qualem sui erga nos amoris fecit ostensionem! tantam profectò, quantam erga ipsos Angelos non efficit. Vidit Ezechiel

*Similitudinem quasi aspectus hominis, & quasi speciem electri, voluit aspectum ignis intrinsecus per circuitum ejus.* Sed mirum, à lumbis ejus, & de super non splendebat, à lumbis verò ejus usque deorsum, undique emicabat! Quid per electrum hoc ex auro, argentoque conflatum, nisi Christus Deus, & homo signatur? qui rectè de medio ignis, & ignitus apparet, tum propter passionis ignem, in quo ejus humanitas arsit, tum propter charitatis ardorem, quo erga homines fuit inflammat. Sed no- tandem

Ezech. 1.

D. Gregor. hom. 2. in

Ezech.

D. Bon. de

Eccl. Hier.

4. per versus

finem.

tandem

randū, quod istius sedentis species à medio corporis, & sursum videbatur ardens intrinsecus, & latens: à lumbis verò deorsum ignis splendens exterius, & apparens: nam Christi virtus cum supernis Spiritibus quantum ardeat, humana ratio non excogitat: quia eos, sic dixerim, amore in suo pectore abscondito dilexi: nam etsi illis benè fecit: non pro eis tamen mortem pertulit, nec talia dilectionis signa monstravit. A lumbis verò deorsum apparet ignis splendens: quia in quantum Apostolos, & alios gratiæ filios accenderit, per se, & evidentiā omnibus apparer.

Id quod innuere videtur Joannes, dum hoc enarraturus mysterium, ait: *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Ubi nota, non dicere suos, qui erant in celo, sed suos, qui erant in mundo: quia ardentissima hæc amoris flamma, non sursum ad Angelos terendit, sed deorsum ad inflammandos homines descendit, & propterea dixit: *In finem dilexit eos:* quasi homines per hoc, non Angelos in signum posuerit, in quos tanti amoris flammam direxerit. Vel *in finem*, quasi in hoc ultimum signū, ac veluti gradum constituerit, ad quem ejus amor pervenire potuerit, quod est illud divini amoris, Non plus ultra. *In finem, in finem dilexit eos.* Alij, *In amulationem dilexit eos,* nam quæ unquam mater filios sic proprio pavit amore, aut quænam sponsa sic suum conjugem adamavit? *In contentionem, in amulationem dilexit eos.* q. d. Nemi in amore cedo.

Regina illa Mausolum virum suum supra omnes amorum fabulas, ultraque affectionis humanæ fidem amasse fertur. Hæc in violenti amoris indicium molita est, ingenti impetu operis, conservandæ mariti memoriæ sepulchrū illud memoratissimum, & usque ad septem miracula proVectum. Ad hæc accessit undique Oratoribus, certamen laudibus ejus dicendis fecit, quibus amplissima constituit præmia. Demum, ut ait Valer. ipsamet Mausoli vivum, ac spirans sepulchrum fieri concupiscens, extincti ossa potione aspersa bibisse narratur. Sed quid divinis humana conferimus? En, en, *Memoriam*

**A** *facit mirabilium suorum misericors, & misericors Hebræorum Dominus.* Heb. *Misericors, & exviscerator Dominus, etiam dedit timentibus se.* q. d. En sua potius viscera in potum dedit, quod jam mortui viveremus in ipso, ac verè diceremus: *Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Christus,* Chryso. Ut non solum per dilectionem, sed re ipsa in illam miscemur carnem, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est. Cum enim suum in nos amorem indicare veller, per corpus suum se nobis commiscuit, & in unum nobiscum redegit, ut corpus eum capite uniretur, hoc enim amantium maximè est. Hoc Job significabat de servis, à quibus maximè amabatur, qui suum amorè præ se ferentes dicebant: *Quis daret nobis, ut ejus carnib⁹ implemur?* Quod Christus fecit, ut majori nos charitate adstringeret, & ut suum in nos ostenderet desiderium nō se tantum videri permittens desiderantibus, sed & tangi & manducari, & dentes carni suæ insigi, & desiderio sui omnes impleri.

**B** *O excessum amoris, & charitatis! Mentem excessisse visus est David coram Rege Achis, dum mutavit os suum, & collabebatur inter manus eorum, vel juxta Sept. ferebatur manibus suis,* quod mysticè dictum de Christo asserit August. quippe qui solus semetipsum manibus suis tulit, dum accepit panem in sanctas, ac venerabiles manus suas, ac benedixit, ac fregit. Sed quàm æterna illa sapientia per amorem excessisse visa est, dum per hæc accidentia, quasi personatus, *Mutavit os suum, & impigit in ostia porta Calvarie, ac defluebant incomprehensibilis ejus sapientiæ salivæ, aded ut plerique dicerent: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Et durus est hic sermo, & quis potest eum audire?*

**C** *Quid ultra? Verè non plus ultra.* Cum populus Hebræorum in Masphat magnam Philistæorum stragem edidisset, oblato jam agno illo integro Domino, *Tulit Samuel lapidem unum, & posuit eum inter Masphat, & inter Sen, & vocavit nomen loci illius, lapis adjutorij, dixitque: Hucusque auxiliatus est nobis Dominus.* Et quidnam hic agnus, nisi Agni Dei figura? *Quid hic*

Joan. 31.

Christi in sacramento erga homines amor.

Alij.

Valer. Max. 4. c. 6.

Psal. 110.

Chryf. hom. 45. in Joann.

1. Reg. 21. Sept.

D. Aug. conc. 1. in Ps. 33. Christus in sacramento suis ferebatur manibus.

1. Reg. 7.

*Christus in  
sacramento  
lapidis adjutorij.*

hic lapis, nisi Christum lapidem angula-  
rem, petramque significat? Hic verè lapis  
adjutorij, hic meta, hic ultimum divini  
amoris signum. *Hucusque auxiliatus est  
Dominus.* Non plus ultra. Magnum sanè  
fuit auxilium, quo mundo auxiliatus est  
Deus, cum ei suum unigenitum dedit,  
maximum cum pro mundo eundem suum  
unigenitum in mortem tradidit: sed non-  
dum amor lapidem fixerat adjutorij,  
nondum columnam posuerat, non adhuc  
in finem dilexerat: sed ubi in cibum Chri-  
stus seipsum dedit, repente amor, non plus  
ultra inscripsit: quo certè non solum, ut  
ait Chrysolost. incarnationem ipsam exten-  
dit: sed etiam suam mortem, sic dixerim,  
æternitati consecravit, ut ultra nemo  
quicquam desiderat.

*Cant. 27.1  
Isa. 58.  
Hebr.  
Eucharistia  
sacramentum  
est non plus  
ultra amoris  
arvini.*

*Frumento, & vino stabilivi eum, posthac,  
filij, quid tibi amplius faciam? Cibabo te ha-  
reditate Patris tui Jacob.* Hebr. *Comedere te  
faciam hereditatem Patris tui Jacob.* Et quæ-  
nam ea est? Eademmet, de qua in Genes.  
*Dei tibi Deus de rore caeli, & de pinguedine  
terre abundantiam frumenti, & vini.* Posthac  
quid tibi amplius faciam? O quam benè  
Concilij Tridentini Patres! Divitias di-  
vini sui in nos amoris velut effudit.

*Quid tibi amplius faciam? Depauperavit  
se, ita dixerim. O amorem! & chari-  
tatem.*

Hæ sunt prunæ, Fratres mei, quas tu-  
lit Cherub, & dedit illi, qui erat indurus  
lineis, ut effunderet super civitatem: nam  
divinum hoc Sacramentum ad inflan-  
danda hominum corda est institutum.  
Sed illud notandum, cur non potius Se-  
raph prunas accepit? quia, ut jam toties  
diximus, Cherub plenitudo scientiæ in-  
terpretatur: & quoniam Sacramentum  
hoc non solum affectum inflammat, sed  
etiam intellectum illuminat, idcirco pru-  
nas illas Cherub potius, quam Seraph ac-  
cepisse narratur.

Sed quid est, quod nos tam frigidi su-  
mus, tam rudes sumus? Quia ad Sa-  
cramentum hoc non acce-  
dimus, &c.

### De preparatione bonæ & malæ accedentium.

#### PUNCTUM CLII.

**I**nitriavit autem Rex, ut videret simul dis-  
cumbentes, & vidit ibi hominem non vesti-  
tum veste nuptiali. O si hodie Rex iste in-  
traret: quot sine charitatis veste, ac virtu-  
te nudatos inveniret? Pauci nunc sese ex-  
cusant, & plurimi sunt discumbentes, sed  
vestis nuptialis, ac cœnatoria ubi?

In Apoc. *Venerunt nuptiæ Agni.* Mox & *Apoc. 19:*  
*uxor ejus preparavit se, non incompta ivit,*

sed preparavit se. Et quonam apparatu?  
Et datum est illi, ut operiat se byssino splenden-  
ti, & candido. Quid verò hoc? Subdit: *Byssinum enim justificationes sunt Sanctorum.*  
Virtutibus ergo Sanctorum induta est,  
puritate, mansuetudine. Sponsa Agni ergo  
mansuetudine prædita: at quomodo sese  
habet frequentia hæc cum passionibus  
tam vivacibus? tauta cum iracundia?  
Agnum comedimus, & leones sumus? *Eucharistia  
agnum qui-  
dam leones  
accipiunt.*

In Esther. illæ, quæ coram Rege Assue-  
ro intraturæ erant, eique mortali homini  
placituræ, per annum integrum paraban-  
tur. Huc venturæ ante Regem immorta-  
lem, nec per semihoræ spatium parantur?  
Hugo Cardin. ad illa verba: *Sex mensibus rat-  
ungebantur oleo myrtino, & aliis sex pigmen-  
tis, & aromatibus.* Myrtus, inquit, ad statum  
penitentium: aroma verò ad statum per-  
tinet justorum, unde mysticè, qui sese in  
penitentis, ac mortificationibus pri-  
mùm exercuerunt, cum orationis, virtu-  
tisque studio dederunt, coram hoc Re-  
ge stabunt, frequentisque erunt.

Vel agnum illum comesturi sese parare  
debant: *Renes vestros accingetis, & calcea-  
menta habebitis in pedibus, &c.* Ad hæc agnus  
ille per aliquot dies domi servandus erat,  
ut semper ob oculos haberetur. Præterea,  
*Omnis alienigena, aut mercenarius non com-  
dat*

dat ex eo. Demum. Comeditis festinantes, sive, cum ecstasi, & stupore. Nunc quid ad rem ipsam desiderabitur, si ad rei figuram tanta requirebantur? O quam accinctis continentiae renibus! o quam compressis animi affectionibus! o quanta agrestium lactucarum mortificatione! o quali animi attentione accedendum! o quam mercenario, inanisque gloriae cupido, ac alienigenae extra gratiam recedendum! o quali mentis ecstasi, & stupore! &c.

Heu! heu! Arcam Domini, quocumque circumferimus cum Philisthaeis, à lapide Adjutorij in Azotum, quod est Depradatio, sive ignis dilecti, in castra, & in templum Dagon, nec timeamus fieri manum gravissimam super nos! Heu! propriè idola? o quam multi ex his, qui frequenter accedunt, suarum affectionum idola non auferunt, & divinam hanc Arcam statuunt juxta Dagon!

In Osea: *Vivent tritico, & dicent: Quid mihi ultra idola?* aut Chald. *Quid ad nos ultra servare idolis?* Erin Isa. *Contaminabitis laminas sculptilium tuorum.* Hic effectus est Sacramenti frequenter suscepti, idololorum contritio, vanitatum, inordinatarumque affectionum rejectio.

In Exod. Moysi, qui propius, quam par erat, rubum videre voluit, dictum est: *Ne appropinques huic, solve, &c.* Et erat Moyses, quod est ab aquis educus, scilicet voluptatum, & fortè ob aliquam solum affectionum levissimam deordinationem audivit, *Solve, &c.* Nos caleati nostris omnibus affectionibus illuc audebimus appropinquare, nec flammam verebimur?

*Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? Qui ardores isti? Quis ignis? Hieronym. Quis poterit habitare de vobis cum eo, qui ignis est devorans? Lyan. Quis poterit habitare de vobis, &c.* id est, dignè ministrare in altari holocaustorum, ubi erat ignis perpetuus? Omnis, qui hujusmodi est, qualem propheticus sermo describit: *Qui ambulat in justitiis, & loquitur veritates: qui projicit avaritiam ex calumnia, & excusit vanas suas ab omni munere: qui obstruat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudit oculos*

A *suos, ne videant malum, iste in excelsis habitabit: munimenta saxorum sublimis nos ejus. Panis ei Iust. Dial. datus est. Quisnam? Justin, in suo Dialog. cont. Tryph. contra Tryphon. Prophetia hæc de pane est, quem dedit nobis Christus, & de suo, quod facere jussit in suam commemorationem.*

Accedes ergo, qui non hujusmodi es? & Chrys. in irreverenter, & securus accedes? Chrys. Psal. 4. Angelorum expendit reverentiam ad Christi sepulcrum. Ut ostenderent, inquit, Angeli, Deum ibi fuisse sepulcrum, ad sepulcrum tanquam ad caelum manebant. Idem terræ motum ibidem factum perpendens: Sepulcrum, inquit, accepto corpore deposito, tertium, quod patris thesaurum accepisses, depositum cum tremore reddidit. O quam juste tremat sepulcrum, ubi depositum tantum thesaurum cogitur reddere! Sed, o quam priori jure nos contremiscere debemus, qui thesaurum eundem, corpus scilicet Christi intra nos ipsos recondimus, & cum obligatione reddendæ rationis tenemus!

B *Idem terræ motum ibidem factum perpendens: Sepulcrum, inquit, accepto corpore deposito, tertium, quod patris thesaurum accepisses, depositum cum tremore reddidit. O quam juste tremat sepulcrum, ubi depositum tantum thesaurum cogitur reddere! Sed, o quam priori jure nos contremiscere debemus, qui thesaurum eundem, corpus scilicet Christi intra nos ipsos recondimus, & cum obligatione reddendæ rationis tenemus!*

C *Olim sanctissima Virgo ad Angeli vocem turbata est, & cogitabat, qualis esset ista salutatio. Sed cur turbata? Post nonnullas allatas rationes. Quid plura? subdit Chrysolog. Mox sensit in se supremum suscipi Judicem. Quamvis enim blando moru, affectu pio, Virginem sibi Deus in Matrem, servam sibi verteret Dominus in parentem, turbata sunt tamen viscera, mens refugit, ipsa est tremefacta conditio, cum Deus, quem tota creatura non capit, totum se intra pectus recipit, & cõdit humanum.*

Ardentissima illa Dei amatrix in Canticis, mox ut sensit immissam dilecti manum per foramen ostij, ut pessulum dimoveret, *venter meus, inquit, intremuit ad tactum ejus. Quæ verba D. Ambros. legit: Venter meus conturbatus est super eum, hoc est, scilicet tim ac ille pessulum tetigit, ut domum ingrederetur, viscera mea intremuerunt, & conturbata sunt. Sed quid trepidas, o dilecta! Sanè appropinquant, ac adventantem formidat, ut nos doceat, quanta cum reverentia, & quanto cum timore eundem intra nos ipsos suscipere debeamus.*

E *Egressis olim de Jordane Israëlitis Area*

*egressis olim de Jordane Israëlitis Area*

1. Reg. 5.

Hebr.

Osee 14.

Chald.

Isa. 30.

Exod. 3.

Hebr.

Isa. 33.

Hebr.

Lyan. ibid.

Levit. 6.

Hebr.

Math. 28.

Luce. 2.

Mater Dei cur

turbata in

sermone An-

geli.

Chrys. serm.

140.

1. Cant. 5.

Ambros. l. 3.

de Virg. &

serm. 12. in

Psal. 118.

vers. 1.



Iosu. 3.

*Arca vetus  
quam habuit  
olim re-  
verentiam.  
Lyran. ibid.*

fœderis anteibat, ac populus sequebatur. *Sequimini*, inquit Josué. Sed qualiter, ô Dux, propius hæc? *Sitque inter vos, & Arcam spatium cubitorum duorum millium.* Heu, cur tam à longè? Propter reverentiam Arcæ, inquit Lyranus. Tu non Arcam, sed rem ipsam, quam Arca præsignat irreverenter continges? In eucharisticam Arcam temerè irrurere præsumes?

Gen. 26.

Postquàm Isaac, & Abimelech redierunt in gratiam, eam ut mos erat, splendido convivio confirmarunt: *Et post cibum, & potum, inquit sacer Textus, surgentes manè juraverunt sibi mutuo.* At cur non inter cœnandum, vel saltem post cœnam juratum? cur in crastinum juramentum delatum est? Ut jurarent, inquit idem Lyran.

Lyran.

*Mart. del  
Rio ibid.*

*Juramentum  
non nisi à jeju-  
nis olim præ-  
stabitur.  
c. x. extr. de  
testibus.*

salivâ jejunâ propter reverentiam juramenti. Sic nuper Mart. del Rio: Poscit juramenti publici, & solennis reverentia, ut non nisi à jejunis, & sobriis præstetur. Quod, subdit, malo more hodie non servatur, cum canones vetent, à non jejunis testimonium dici. Nunc si tantam nomen Dei ore pronuntiandum exigit reverentiam, quantam, quæso, postulat Christi Domini Corpus ore suscipiendam?

Exod. 24.

Præcepit olim Dominus Moysi, ut tabulas accepturus lapideas montem conscenderet, quò ubi ille pervenit, *Operuit, inquit Textus, nubes montem, & habitavit gloria Domini super Sinai, regens illum nube sex diebus. Septimo autem die vocavit eum Dominus de medio caliginis.* Ubique mysteria. Cur non statim primo die eum vocavit?

Oleas. ibid.

*Moyse ad col-  
loquium Dei  
non ante septi-  
mum diem  
admissus.  
Cur?*

Beda hoc loco.

Oleaster duplicem rationem assignat: unam, ne Moyses superbiret, videns, se ad divinum colloquium protinus admitti: alteram, ut Deus suam majestatem ostenderet more Regum temporalium, qui non statim foras prosiliunt, nec tam citò alloquuntur admissis. Sed magis ad rem Beda Venerabilis: Septimo, inquit, ad altiora transcendit, ad colloquium Domini vocatus: quia per opera, quæ à Deo acceperat, magis, ac magis illustrari, & ab omnibus malis meruit obumbrari, ut ad sublimiora divinæ visionis, & colloquutionis dona perveniret; quasi diceret: Septimo die vocatus est, ubi ille totos sex dies

A se ad divinum colloquium præparavit, & ab humano consortio separatus, gloriosus quodammodo effectus est, antequàm cû Deo gloriæ colloqueretur. Quòd si ad loquendum inernebulas, non tam ipsum Deum, quàm Angelum, qui pro Deo loquebatur, tanta præcessit præparatio: quanta, obsecro, non modò ad alloquendum, sed etiam ad amplectendum, ac suscipiendum intra seipsum Deum præcedat oportet.

B Vidit aliquando Petrus Domium in littore, & ex fervore charitatis, qua Christum diligebat, ut ad eum proripus perveniret, *tunica præcinxit se, (erat enim nudus) & misit se in mare.* At quid agis, ô Petre: ut in mare descendas, te succingis? Indutus si esses, exuere te potius deberes: exutus vero te induis! Ah! me induo, inquit, quia ad Christum pergo, & ante purissimos ejus oculos venturus, liber per undas, meam ut decet nuditatem, tegeo. Sic Theoph. Quod se succinxit Petrus pudoris est signum. *Cum audisset: quia Dominus est, tunica succinxit se.*

C Pulchrè illustris quidam inter recentiores Interpres ad illa Isai verba: *Et duabus velabam pedes ejus;* vel ad Hebraicum, *pedes suos, ostendit Seraphinos illos duabus alis velasse partes illas, quæ in humanâ specie non poterant honestè nudari, quas pedum nomine significari dicit.* Ut enim nihil indecorum objici patimur eorum oculis, quorum auctoritatem veremur: sic etiam species nulla, quæ indecorum aliquid referret, objici debuit à Seraphinis majestati divinæ. Cujus rei gratia in Exodo cautum legimus, ne Sacerdos absque fimalibus, id est subligaculis, quæ obscœna tegerent, ascenderet ad altare, ne ibi aliquid appareret indecorum. Et apud Ezechielem mysticorum illorum animalium, hoc est, Cherubinatorum duæ pennæ tegerant corpora, ut sic illa ampliorem exhiberent reverentiam, & quanta nos decens sit puritate ad Sacramentum accedere, & coram Deo apparere, contestaretur.

Et

Et tamen tam irreverenter accedimus, A  
 tam indecorè Christum ipsum in Sacra-  
 mento recipimus! Bone Deus! Si quo-  
 ties Reges excipiendi sunt, inquit Philo  
 Hebraeus lib. de Cherubim, magnificen-  
 tius excolimus aedes proprias, nihil ne-  
 gligendo, quod ad ornatum pertineat,  
 sed omnia benigne, ac liberaliter adhibe-  
 mus, ut hospitium quam jucundissimum  
 respondeat dignitati hospitis: Regi Re-  
 gum, & hujus mundi Rectori Deo, co-  
 mitatis, atque humanitatis causa dignato  
 suam creaturam invisere, & à summo  
 caelo ad terram, ut generi humano benefi-  
 cia sua conferret, digressio, qualem ean-  
 dem domum oportet instaurari?

Isai. 56. pro his, qui frequenter ad Sa-  
 cramentum accedunt: *Dabo eis in domo  
 mea, & in muris meis locum, & nomen me-  
 lius à filiis, & filiabus, adducam eos in mon-  
 tem sanctum meum, & letificabo eos in domo  
 orationis meae. Holocausta eorum, & victima  
 eorum placebunt mihi.* Primò, nomen me-  
 lius. Hoc certè habere debent, qui fre-  
 quenter hoc Sacramentum suscipiunt: *nomen  
 melius, quo Deus glorificetur, non blasphemetur.*  
 Præterea, adducam eos in  
 montem vitæ perfectioris esse debent, de-  
 sideriaque sanctitatis habere debent. De-  
 mùm homines orationi, huicque divino  
 exercitio mancipatos esse oportet. *Leti-  
 ficabo eos in domo orationis meae.* Et tunc,  
*holocausta eorum, & victima eorum  
 placebunt mihi.* Sed heu! Omnes be-  
 stia agri, venite ad devorandum, uni-  
 versa bestia salus. q. d. Veniunt ut bestia  
 agri. Erunde? Persæpe ex Confessatis.  
*Speculatores ejus cæci, canes muti non valentes  
 latrare, videntes vana, dormientes, & aman-  
 tes somnia: hoc est, credunt mulierculis  
 omnia, illæ enarrant somnia, & isti an-  
 gelicas putant esse visiones. Ipsi pastores  
 ignoraverunt intelligentiam, omnes in viam  
 suam declinarunt, unusquisque ad amari-  
 tiam suam. Venite, sumamus vinum, & im-  
 pleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic &  
 eras, & multò amplius. Omiseram, &c.*

Malach. 1. *Ad vos, o Sacerdotes, qui de-  
 spicitis nomen meum, & dicitis: In quo de-  
 speximus nomen tuum? In eo, quod offeritis  
 super altare meum panem pollutum, & dicitis:  
 Speranza Scriptura selecta.*

*tis: In quo polluimus te? In eo, quod dicitis:  
 Mensa Domini despecta est. Offerimus pa-  
 nem pollutum, quoties impuris mani-  
 bus oblationem sanctam contrectamus.  
 Mensam autem Domini despectam esse  
 dicere videmur, quoties ad eam contem-  
 prim, temerarieque accedimus. Sed  
 anima polluta, quæ ederit de carnibus hostia  
 Levit. 7.  
 pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de  
 populo suis. Væ nobis, quotidie edimus,  
 vereor, ne aut indignè, aut sine fructu.*

Qui fieri potest, ut hoc tali, tantoque  
 nutrimento tam parum plerique in vita  
 spiritali crescamus? O qualem in rebus  
 divinis profectum tot abhinc annis fecisse  
 deberemus? quam fortes esse? &c. *Pa-  
 nem Angelorum, Hebr. Panem fortium, pa-  
 nem robustorum, &c. Et erit firmamen-  
 tum in terra, in summis montium. D. Hier. Psal. 77.  
 Et erit memoriale triticum in terra in capite  
 Chald. monsium. Targum Chald. Et erit placen-  
 tula tritici in capitibus Sacerdotum. Alii: 2. Reg. 13.  
 Et erit panis Heroum. Pro qua lectione  
 memini Heroum David. Vnus Heroum  
 Semma, qui exercitum percussit Philis-  
 theorum, Heb. portione cadentium: So-  
 brius nimirum esse debet, qui sanctissima  
 hac portione letetur. Alter Banaïas, qui  
 percussit duos leones Moab, Heb. ex patre  
 gemitus, gulam videlicet, & luxuriam. Sic  
 Galfridus, qui etiam leonem alterum in  
 cisterna tempore nivis interfecit, hoc est,  
 iracundiam intus in anima savientem  
 tempore adversitatis, quo magis rugire  
 solet. Hunc leonem, hunc præfocare  
 debet, quisquis Sacramenta frequenter  
 suscipit. *Edent pauperes, & saturabuntur.*  
 Hebræi: *Edent mites, & saturabuntur.*  
 Idemmet etiam Egyptium hastam te-  
 nentem occidit spiritum videlicet super-  
 biam: O quam humilis esse debet, &c!  
 Heros alter Asaël, velocissimus ad cur-  
 sum, & acutissimus ad visum quasi unus  
 de capreis, quæ morantur in silvis. Talis  
 fit frequenter accedens, citissimus ad  
 cursum in via Dei, & perspicacissimus ad  
 visum eorum, quæ iter præpediunt. Hi  
 per hostium cuneos securi in Bethlechem,  
 domum panis, perveniunt, &c.*

Panis Heroum, ac fortium, eorum,  
 qui proprias domuerunt, viceruntque  
 passio-

Ppp

Philo.  
 Vi terreni Re-  
 gi cum mun-  
 ditia excipiun-  
 tur, sic celestis.

Isa. 56.

2. Reg. 23. II.  
 Hebr.

Eucharistiam  
 sumpturi qua-  
 les esse debeant.

Galfrid.

Psal. 21.  
 Hebr.

Hebr.

Gen. 49.

passiones. *Aser pinguis panis ejus, & praebebit delicias Regibus, qui seiplos regere, suisque passionibus imperare noverunt.*

Heb. 7.

*Melchisedech Rex Salem, Sacerdos Dei summi panem, & vinum obtulit, in sacrificium pacificum, partem scilicet cremandam, ac libandam, partemque Abrahæ comedendam, sed ubi is quatuor Reges devicit.*

Gen. 14.

*Ubi Anselmus: Cave, Frater, ne hunc divinum cibum accipias, nisi postquam de quatuor Regibus victoriam reportaveris, quæ sunt quatuor præcipuæ passionis.*

D. Anselm.

*Eucharistiam nemo ante summat, nisi qui quatuor reges ante devicerit*

Psal. 110.

Hebr.

*Escaam dedit timentibus se. Hebr. Prædam dedit timentibus se. Sed cui ex bello præda confertur nisi victori?*

Isa. 10.

*Contaminabis laminas sculpilium argenti tui, & vestimentum constutis auri tui, & disperges ea, sicut immunditiam menstruata. Tunc, Et panis frugum terræ erit uberrimus, & pinguis.*

Lev. 6.

*Hesych. ibid. Eucharistiam soli mares accipiant.*

1. Cor. 11.

*Et qui mortificationi addicti.*

Pasc. de Corp. &amp; Sang. Christi.

c. 21.

*Nyssen. in Eccl. c. 13.*

Psal. 113.

*Sed o quanta passionum immortificatione accedimus! Mirum, ad contactum Arcæ, hoc est, statim ac Arca in fluvium ingressa est, aquæ præcipites steterunt, qui retrosum conversa sunt, & nostræ passionis nunquam consistunt, vivaciores, fluxibilesque sunt. Quid hoc?*

*Hæmorrhoida illa ex contactu similitæ universam illic consecuta est sani-*

*tatem. Et confestim siccatæ est fons sanguinis ejus. Interlin. Fons, & radix carnalium cogitationum; nobis non siccatæ, Interlin. aut proprie minuitur, sed abundantius profuere videtur. Unde plorat Chrysol. Heu nos miseri! qui quotidie Corpus Domini tractamus, & de vulneribus nostris non curamur.*

*Bern. Si quis vestitum non tam sæpe modo, non tam acerbos sentit iracundiæ motus, invidiæ, luxuriæ, &c. gratias agat Corpori, & Sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo.*

*Ex indispositione itaque, qua ad Sacramentum accedimus, effectus hujusmodi non sentimus, & ex eadem etiã indispositione est parvus, aut nullus ex cogustus. Et tamen pinguis est panis ejus, & praebebit delicias Regibus. Manna est habens omne delectamentum, & omnis saporis suavitatem. Quod idem dictum est omnis esca, (Omniem escam abominata est anima eorum) quod omnium escarum haberet saporẽ. Verum hic plura notari debent. Primum, manna dictum esse panem Angelorum, hoc est, juxta Basilium, angelicis manibus præparatum, vel dignum Angelis, si Angeli vescerentur cibo. Angelicæ itaque vitæ esse debet, qui angelico hoc cibo frui desiderat: & qui angelico hoc cibo perfruitur, filiquis longinque regionis, ac exæpis Aegypti non nutriatur.*

*Secundum, ad manna colligendum suas antecessisse dispositiones: efflabat primum quasi Zephyrus, qui pulverem quodammodo verteret, deinde candidissima eadebat pruina, quasi quædam mappa terræ, supra quam descendebat manna; postmodum verò eos aliquantulum concenterus erat operimentum ejus, quo, oriente Sole, liquato, manna edendum, ac discoopertum remanebat. Vbi que mysteria. Primum, venti suspiriorum, quoniam tam superficiem, quam cor ipsum expurgent; prærequiruntur: tunc mundissimæ cogitationes, quibus aliæ exlitis succendant, ut sic divinum hoc manna colligatur. Præterea notandum, non omnes indistinctè saporum omnium illas perferentibus dulcedines, sed eos solummodo, qui spirituales erant. Sic Gregor. quod ex loco*

*Sapient. Et qui angelicam vitam ducant.*

Sapientiae educit: Angelorum esca nutriti- A  
visti populum tuum, omne delectamentum in  
se habenti. Et omnis saporis suavitate sub-  
stantiam enim tuam, Et dulcedinem tuam,  
quam in filios habes, ostendebas, Et deserviens  
universis, voluntati, ad quod quisque vo-  
lebat, convertebatur. Nota, in filios; hae-  
nanque dulcedines sunt filiorum, hae dul-  
cedines sunt perfectae mortificationum: B  
Vincenti dabo manna absconditum, quod nemo  
scit, nisi qui accipit. Hae sunt escae, ait Au-  
gust. esurienti, ac famelicorum filiorum  
tuorum, Domine, non eorum, qui siti fa-  
melica lambunt imagines rerum, qui re-  
cordantur piscium, quos comederunt in  
Aegypto gratis, quibusque in mentem  
veniunt cucumeres, & pepones, porri-  
que, & cepae, & alia. Divinus hic cibus  
eorum est, dicebat ille, qui plus sapiunt  
corde, quam palato, non e contra. Fru-  
mentum est electorum, non cibus porco-  
rum, &c.

In hoc Sacramento, ait D. Thom. dul-  
cedo in suo fonte gustatur. *Parasti in dul-  
cedine tua pauperi, Deus. Quid parasti?  
Quis explicet?* In Apolline paratum est,  
dixit, qui valde oppipare, ac lautissime  
coenavit. Deus paravit, non in Apolline,  
sed in ipsa dulcedine. Hic certe habes  
non coenas Luculli, aut Attaxerxis, aut  
Cleopatrae uniones, sed *Omnia parata.* D  
Vnico verbo Deum totius consolationis.  
Ceterum qui hic consolantur, inquit Au-  
gustinus, indigni tua consolatione ha-  
beantur. *Gustate, gustate, & videte, quoniam  
suavis est Dominus.* Ad has vosmetipsos  
consolationes parate: *Flumen Dei reple-  
tum est aquis, caelestium scilicet, divina-  
rumque consolationum: Parasti cibum il-  
lorum, quoniam ita est preparatio ejus; hoc  
est, quia seipsos pararunt, per eos fluvium E*  
tuarum consolationum, Domine, declina-  
sti. Hinc ille sentit, ille non sentit, quo-  
niam ita est praeparatio ejus. Actio acti-  
vorum in patiente bene disposito. Philo-  
sophicum axioma.

O si caelestes hujusmodi consolationes  
gustaremus, quam cito voluptatum terre-  
narum siliquis fastidiremus! quam sub-  
bito amaras mundi dulcedines spernere-  
mus! quantoties mundi hujus dilecto-

res desereremus! David in Palaestnam  
profectus, a Rege Achis, veluti demens, P<sup>sal.</sup> 33.  
est habitus: sed ille, secreta mundi opinio-  
ne, abiit. Observat August. titulum P<sup>sal.</sup> 33.  
mi 33. in quo versiculus est: *Gustate, & videte,  
quoniam suavis est Dominus.* qui; *tur. Ap<sup>st.</sup> c. 13*  
Christianis Eucharistiam sumentibus, ut  
dicit Clemens, canebatur, talem esse:  
*Psalmus David, cum immutavit vultum  
suum coram Abimelech, & dimisit eum, &  
abiit.* Quasi iafanus, subdit August. pu-  
tatus est David, sed Regi tantum Achis  
insanire videbatur, id est, stultis, & igno-  
rantibus, ideo dimisit eos, & abiit: q.  
d. qui caelestes semel delicias gustavit,  
mox terrenas fastidit, spernit, ac deridet.  
Quo etiam loco pulchre observant alii.  
Davidem paulo antea manibus Sacerdo-  
tis propositionis panes accepisse, ut in fi-  
guram omnibus innotesceret, Sacramen-  
torum delicias adeo excessivas esse, ut  
mundus eas nequaquam capere sufficiat,  
sed potius veluti iuvenes derideat: cum  
revera verae deliciae sint, licet eas non nisi  
veri Dei amatores degustent. Hinc manna  
in vase auro servabatur. *Et urna aurea, Hebr. 9.*  
in Arcam videlicet reposita habens manna, ad  
innuendum, Sacramenti dulcedines non  
nisi per amorem, & charitatem sentiri.

Sed quid est, quod tot abhinc annis di-  
vino hoc enutriti Sacramento, tales su-  
mus, ut illud nobis, quod olim Hebraeis  
Deus dicere possit: *Quadragesima annis  
parites; nec adhuc tamen ejus dulcedinem  
sentimus, verum nauseabundi potius ex-  
postulamus: Anima nostra avida est, nihil  
aliud respiciunt oculi nostri, nisi manna?* In-  
terus existens, dicit Philosophus, prohibet ex-  
traneum: coarctatum gustus, Aegyptia-  
rum carniū sapor gustum, saporemque  
prohibet Sacramentorum.

Bernard. Praeoccupatum saecularibus  
desideriis animum delectatio sancta de-  
clinat: nec miseri poterunt vera vanis,  
aeterna caducis, spiritualia corporalibus,  
summa imis, ut pariter sapias, quae sursum  
sunt, & quae supra terram. Et supra: Me-  
racissimum huic spiritum non putes te  
posse suscipere, nisi carnis istis con-  
solationibus funditus renunciaveris. Gregor.  
Quia gustare intus nolumus. Gregor.  
par-

Num. II.

Psal. 67.

D. August.  
Solil. c. 22.  
Psal. 33.Psal. 64.  
Eucharistia  
dulcedines be-  
ne parati soli  
sentiant.

Num. xx.

D. Bern. 6. de  
Asc.

Gregor.

Luc. 14.  
Chryf. hom.  
Etia Mat. h.  
Eucharistia  
male paratis  
noxia.

paratam dulcedinem, amamus foris mi-  
seri famem nostram. Chryf. Sicut corpo-  
ralis cibus, cum ventrem invenerit infe-  
ctis humoribus occupatum, amplius læ-  
dit, magis nocet, & nullum præstat auxi-  
lium (quin, si addere licet, impura cor-  
pora, quò magis nutriat, magis lædas) ita  
etiam iste cibus spiritualis, si aliquem re-  
perit malignitate pollutum, magis eum  
perdit, non sua natura, sed accipientis  
vitio. Corruptio huiusmodi pessima.

Eucharistia  
frequens sum-  
ptio minuit re-  
verentiam.

Accedimus præterea ad divinum hoc  
Sacramentum sine reverentia: verum  
frequentia non debet tollere, quin potius  
majorem afferre debet reverentiam. Se-  
raphim perpetuò assistunt, & tamen tre-  
munt.

Sed nobis miseris Sacramenta, quasi  
dixerim, copia viluerunt. Sic olim He-  
bræis manna. Initio, *Manna manhu*. Quid  
est hoc? Quid est hoc? Et factum est, in-  
quit Theod. ut interrogatio vicem nomi-  
nis habuerit: at usu continuo, *Nau-  
seat anima nostra super cibo isto levissimo*.

2. Reg. 4.

1. Reg. statim ac Philisthæi Arcam vi-  
derunt, timore, atque horrore correpti  
exclamaverunt: *Deus venit in castra, Va  
nobis, va nobis*. At in congressu, capta  
Arca, ad eam paulatim appropinquare  
cœperunt, ac paulò pòst, pulso timore  
super profanos suos humeros tulerunt,  
circumdixerunt, statueruntque eam in  
templo Dagon. Sic, sic initio, ò quanto  
accedimus cum timore! sed paulatim  
quasi de familiaritate audemus irreve-  
renter accedere, divinamque Arcam  
profanè circumferimus in contentiones,  
in plateas, parum abest, quin dixerim, in  
choreas, statim usque eam (proh dolor!)  
in templo Dagon.

Isa. 6.

Heu! unus ille de Seraphim ignitum  
calculum, non manu, sed forcipe tulit de  
altari. Quid? verebatur, ne forrè com-  
bureretur, si manu, non forcipe tulisset?  
Nequaquam, quia Angelus ab igne mi-  
nime læditur; sed ita reverentiam testa-  
tam voluit. Hieron. Dic mihi, quis-  
quis es, qui Sacramenta sumis, qualiter  
us labis Filium Dei oscularis, quibus  
osculatus es labia meretricis? *Osculo Fi-  
lium hominis tradis?*

D. Hieron.

A Illudne miseri obliti sumus: *Et post buc-* Ioan. 13.  
*cellam exiit continuo, & introiit in eum*  
*Satanas?* O quot illi peccatiles, qui mox  
sumpto Sacramento, nec minimum in  
tanti hospitis consideratione consisten-  
tes, recedunt? Quid mirum, si quando-  
que ob irreverentiæ excessum intrat in  
eos Satanus.

O quam bene mulier illa magna nos  
docet, qualiter preparemus! *Animadver-* 4. Reg. 4.  
*to, inquit quod vir Dei sanctus est iste, qui*  
*transit per nos frequenter. Faciamus ergo ei*  
*cœnaculum parvum, & ponamus ei in eo le-*  
*culum, & mensam, & sellam, & candelabrum,*  
*ut cum venerit ad nos, maneat ibi.*  
Quenam hæc Sunamitis, Heb. *Mifera*, & Heb.  
*capitva*, nisi anima misera per culpam, mi-  
serissima sine gratia, infœcunda absque  
operum filius, captiva, ac irretita tot pas-  
sionum, concupiscentiarumque laqueis?  
Sed ò felicem, si divinum illum hospitem  
domi frequenter recipiat! si faciat ei cœ-  
naculum parvum, cor suum videlicet, in  
quo Deus solummodò cū ipsa cœnet, &  
ipsa cum Deo! Si ponat ei cœculum con-  
scientiæ virtutibus floridum, si sellam  
quietæ considerationis, si candelabrum  
luminis, & orationis! Pro certo audiet:  
*Eccè sedule in omnibus ministrasti nobis, quid  
vis, ut faciam tibi? Nunquid habes negotium,  
& vis, ut loquar Regi? &c. In tempore isto  
habebis in utero filium, &c.*

Egregiè quin etiam Iacob, qualiter  
præparemur, ostendit, dum ascensurus in  
Bethel, facturusque ibi altare Domino,  
convocavit omnem domum suam, & ait: *Eucharistiam*  
*Abiicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, quæ prepara-*  
*& mundamini, & mutate vestimenta vestra.* tione summa.  
Et post hæc subdit facer Textus: *Dederunt*  
*ergo ei omnes Deos alienos, quos habebant, & docuit.*  
*in aures, quæ erant in auribus eorum. At ille*  
*insudit eos subter zerebuthum.* Optima præ-  
paratio. Quid omnem domum, ac fami-  
liam convocate, nisi cor, sensus, & affe-  
ctus unite? Quid est, Deos alienos abi-  
icere, nisi profanos omnes amores elimi-  
nare? Sic, sic idola abiicienda. Tu, cor,  
inordinatos abiice amores: vos, ò oculi,  
vanitates abiicite: tu, lingua, stultilo-  
quium: vos, aures, detractiones elimi-  
nate, &c. *Et mundamini, & mutate vesti-*  
*menta.*

*Hugo Card. & Brun. ibid.*  
*menta vestra, vitam scilicet, & actiones, A*  
 &c. Et subter Crucis tercibinthus omnia  
 infodite, ut posthac ad Deorum laudes  
 audiendas surdi, ac penitus sine auditu  
 sitis.

*Et Christus optime.*  
 Sed optimam Christus ipse, qui Sacra-  
 mentum instituit, ad hoc Sacramentum  
 preparationem nos docuit, dum quod  
 ipse fecit, ut & nos faceremus, precepit:  
*Surgit, ait Ioannes, à coena, & ponit vesti-*  
*menta sua, & cum accepisset linteam, prae-*  
*cinxit se. Deinde misit aquam in pelvum, & co-*  
*epit lavare pedes discipulorum, & extergere*  
*linter, quo erat praeinctus. Vbi quinque*  
*observat Hugo Card. quæ exemplo Do-*  
*mini ante Eucharistiae sumpcionem face-*  
*re debemus. Primum, inquit Hugo, sur-*  
*gere debemus à cœna nostra, id est, relin-*  
*quere peccata, & quantum ad actum, &*  
*quantum ad voluntatem faciendi, aliter*  
*nō possumus esse commensales Domini.*  
*Non potestis mensa Domini participes esse, &*  
*mensa Daemoniorum. Secundum est, quod*  
*deposuit vestimenta sua: sic nos mali spe-*  
*ciem, vel veterem hominem, & primam*  
*conversacionem, & consuetudinem. De-*  
*ponite vos, secundam pristinam conversatio-*  
*nem, veterem hominem. Auferite ab eo vesti-*  
*menta sordida, & dicit ad eum: Ecce abstuli*  
*à te iniquitatem tuam. Tertium est, quod*  
*deposuit vestimentis debet se praeinge-*  
*re linter, id est, deposita veteri consuetu-*  
*dine debet indui nova, & candida. Ex-*  
*poliantes vos veterem hominem cum actibus*  
*suis, & induentes novum eum, qui renovatur*  
*de die in diem. Quarto: Misit aquam in*  
*pelvum, id est, compunctionem interio-*  
*rem de peccatis in exteriori confessione.*  
*Effunde, sicut aquam, cor tuum. Quam*  
*aquam valde timet Diabolus, cui in per-*  
*sona Achab dictum est: Tunge currum, &*  
*fuge, ne te occupet pluvia, id est, confessio*  
*laeymofa, nam aqua in pelvi, est lacry-*  
*ma in confessione. Quinto, Lavit pedes*  
*discipulorum; nam qui lotus est, non indiget,*  
*nisi ut pedes lavet, id est, terrenas affecti-*  
*ones: pedes enim discipulorum con-*  
*trahunt fordes, quia etiā disciplinam mo-*  
*tus mentis aliquando inquinantur, vel*  
*in extremitate intentionis aliquo pulve-*  
*re vanitatis surripientis.*

*1. Cor. 10.*  
 Non potestis mensa Domini participes esse, &  
 mensa Daemoniorum. Secundum est, quod  
 deposuit vestimenta sua: sic nos mali spe-  
 ciem, vel veterem hominem, & primam  
 conversacionem, & consuetudinem. De-  
 ponite vos, secundam pristinam conversatio-  
 nem, veterem hominem. Auferite ab eo vesti-  
 menta sordida, & dicit ad eum: Ecce abstuli  
 à te iniquitatem tuam. Tertium est, quod  
 deposuit vestimentis debet se praeinge-  
 re linter, id est, deposita veteri consuetu-  
 dine debet indui nova, & candida. Ex-  
 poliantes vos veterem hominem cum actibus  
 suis, & induentes novum eum, qui renovatur  
 de die in diem. Quarto: Misit aquam in  
 pelvum, id est, compunctionem interio-  
 rem de peccatis in exteriori confessione.  
 Effunde, sicut aquam, cor tuum. Quam  
 aquam valde timet Diabolus, cui in per-  
 sona Achab dictum est: Tunge currum, &  
 fuge, ne te occupet pluvia, id est, confessio  
 laeymofa, nam aqua in pelvi, est lacry-  
 ma in confessione. Quinto, Lavit pedes  
 discipulorum; nam qui lotus est, non indiget,  
 nisi ut pedes lavet, id est, terrenas affecti-  
 ones: pedes enim discipulorum con-  
 trahunt fordes, quia etiā disciplinam mo-  
 tus mentis aliquando inquinantur, vel  
 in extremitate intentionis aliquo pulve-  
 re vanitatis surripientis.

*Ephes. 4. Zach. 3.*  
 Non potestis mensa Domini participes esse, &  
 mensa Daemoniorum. Secundum est, quod  
 deposuit vestimenta sua: sic nos mali spe-  
 ciem, vel veterem hominem, & primam  
 conversacionem, & consuetudinem. De-  
 ponite vos, secundam pristinam conversatio-  
 nem, veterem hominem. Auferite ab eo vesti-  
 menta sordida, & dicit ad eum: Ecce abstuli  
 à te iniquitatem tuam. Tertium est, quod  
 deposuit vestimentis debet se praeinge-  
 re linter, id est, deposita veteri consuetu-  
 dine debet indui nova, & candida. Ex-  
 poliantes vos veterem hominem cum actibus  
 suis, & induentes novum eum, qui renovatur  
 de die in diem. Quarto: Misit aquam in  
 pelvum, id est, compunctionem interio-  
 rem de peccatis in exteriori confessione.  
 Effunde, sicut aquam, cor tuum. Quam  
 aquam valde timet Diabolus, cui in per-  
 sona Achab dictum est: Tunge currum, &  
 fuge, ne te occupet pluvia, id est, confessio  
 laeymofa, nam aqua in pelvi, est lacry-  
 ma in confessione. Quinto, Lavit pedes  
 discipulorum; nam qui lotus est, non indiget,  
 nisi ut pedes lavet, id est, terrenas affecti-  
 ones: pedes enim discipulorum con-  
 trahunt fordes, quia etiā disciplinam mo-  
 tus mentis aliquando inquinantur, vel  
 in extremitate intentionis aliquo pulve-  
 re vanitatis surripientis.

*Gal. 3.*  
 Non potestis mensa Domini participes esse, &  
 mensa Daemoniorum. Secundum est, quod  
 deposuit vestimenta sua: sic nos mali spe-  
 ciem, vel veterem hominem, & primam  
 conversacionem, & consuetudinem. De-  
 ponite vos, secundam pristinam conversatio-  
 nem, veterem hominem. Auferite ab eo vesti-  
 menta sordida, & dicit ad eum: Ecce abstuli  
 à te iniquitatem tuam. Tertium est, quod  
 deposuit vestimentis debet se praeinge-  
 re linter, id est, deposita veteri consuetu-  
 dine debet indui nova, & candida. Ex-  
 poliantes vos veterem hominem cum actibus  
 suis, & induentes novum eum, qui renovatur  
 de die in diem. Quarto: Misit aquam in  
 pelvum, id est, compunctionem interio-  
 rem de peccatis in exteriori confessione.  
 Effunde, sicut aquam, cor tuum. Quam  
 aquam valde timet Diabolus, cui in per-  
 sona Achab dictum est: Tunge currum, &  
 fuge, ne te occupet pluvia, id est, confessio  
 laeymofa, nam aqua in pelvi, est lacry-  
 ma in confessione. Quinto, Lavit pedes  
 discipulorum; nam qui lotus est, non indiget,  
 nisi ut pedes lavet, id est, terrenas affecti-  
 ones: pedes enim discipulorum con-  
 trahunt fordes, quia etiā disciplinam mo-  
 tus mentis aliquando inquinantur, vel  
 in extremitate intentionis aliquo pulve-  
 re vanitatis surripientis.

*Thren. 2.*  
 Non potestis mensa Domini participes esse, &  
 mensa Daemoniorum. Secundum est, quod  
 deposuit vestimenta sua: sic nos mali spe-  
 ciem, vel veterem hominem, & primam  
 conversacionem, & consuetudinem. De-  
 ponite vos, secundam pristinam conversatio-  
 nem, veterem hominem. Auferite ab eo vesti-  
 menta sordida, & dicit ad eum: Ecce abstuli  
 à te iniquitatem tuam. Tertium est, quod  
 deposuit vestimentis debet se praeinge-  
 re linter, id est, deposita veteri consuetu-  
 dine debet indui nova, & candida. Ex-  
 poliantes vos veterem hominem cum actibus  
 suis, & induentes novum eum, qui renovatur  
 de die in diem. Quarto: Misit aquam in  
 pelvum, id est, compunctionem interio-  
 rem de peccatis in exteriori confessione.  
 Effunde, sicut aquam, cor tuum. Quam  
 aquam valde timet Diabolus, cui in per-  
 sona Achab dictum est: Tunge currum, &  
 fuge, ne te occupet pluvia, id est, confessio  
 laeymofa, nam aqua in pelvi, est lacry-  
 ma in confessione. Quinto, Lavit pedes  
 discipulorum; nam qui lotus est, non indiget,  
 nisi ut pedes lavet, id est, terrenas affecti-  
 ones: pedes enim discipulorum con-  
 trahunt fordes, quia etiā disciplinam mo-  
 tus mentis aliquando inquinantur, vel  
 in extremitate intentionis aliquo pulve-  
 re vanitatis surripientis.

*3. Reg. 18.*  
 Non potestis mensa Domini participes esse, &  
 mensa Daemoniorum. Secundum est, quod  
 deposuit vestimenta sua: sic nos mali spe-  
 ciem, vel veterem hominem, & primam  
 conversacionem, & consuetudinem. De-  
 ponite vos, secundam pristinam conversatio-  
 nem, veterem hominem. Auferite ab eo vesti-  
 menta sordida, & dicit ad eum: Ecce abstuli  
 à te iniquitatem tuam. Tertium est, quod  
 deposuit vestimentis debet se praeinge-  
 re linter, id est, deposita veteri consuetu-  
 dine debet indui nova, & candida. Ex-  
 poliantes vos veterem hominem cum actibus  
 suis, & induentes novum eum, qui renovatur  
 de die in diem. Quarto: Misit aquam in  
 pelvum, id est, compunctionem interio-  
 rem de peccatis in exteriori confessione.  
 Effunde, sicut aquam, cor tuum. Quam  
 aquam valde timet Diabolus, cui in per-  
 sona Achab dictum est: Tunge currum, &  
 fuge, ne te occupet pluvia, id est, confessio  
 laeymofa, nam aqua in pelvi, est lacry-  
 ma in confessione. Quinto, Lavit pedes  
 discipulorum; nam qui lotus est, non indiget,  
 nisi ut pedes lavet, id est, terrenas affecti-  
 ones: pedes enim discipulorum con-  
 trahunt fordes, quia etiā disciplinam mo-  
 tus mentis aliquando inquinantur, vel  
 in extremitate intentionis aliquo pulve-  
 re vanitatis surripientis.

Vnde qui ad hoc Sacramentum acce-  
 dunt, quo non indignè accedant, sese ab-  
 luant. Perantiquus mos ille fuit, isque  
 vel apud Hebræos invaluit, ut qui exci-  
 piendi essent convivio, prius lavarent pe-  
 des. Hinc Abraham in peregrinorum  
 specie ubi Angelos excepit: *Laventur,* Gen. 18.  
 inquit, *pedes vestri, & requiescite sub arbore,*  
*ponamq; buccellam panis* Eosdem excepit  
 & Lot: *Lavate,* inquit, *pedes vestros.* Gen. 19.  
*Ingressusq; domum illius fecit convivium, &*  
*coxit asynam, & comederunt.* Sic Iosephi  
 fratres in Ægypto: *Laverunt pedes suos,*  
*audierunt enim, quod comesturi essent panem.*  
 Sic & seuex ille, ubi Levitam cum suis  
 hospitatus est: *Ac postquam laverunt pedes*  
*suos, recepit eos in convivium.* Hinc Serva-  
 toris nostri de hospite illo inhospite Pha-  
 risæo iustissima querimonia: *Aquam pe-*  
*dis meis non dedisti. Qui cum angustis-*  
*simum hoc idem convivium esset para-*  
*turus, conversus ad suos: Qui lotus est,* Ioan. 13.  
 inquit, *non indiget, nisi ut pedes lavet.* Ut ex  
 his nimirum argumentari liceat, quanta  
 cum puritate, quanto cum animi, men-  
 tisque candore ad celestem hanc cœnam  
 sit accedendum, ubi ad terrenum con-  
 vivium ituro nec quicquam pulveris, nec  
 proisus mali cujusdam odoris, vel in pe-  
 de perperit, aut negligere fas erat.

Et hinc toties in Scripturis, ubi de Eu-  
 charistia, aut in figura fit mentio, idem  
 etiam simul fit de locutione, & aqua. *La-*  
*vamini, mundi estote, qui fertis vasa Domini.*  
 Quid agendum ei, qui bibit sanguinem  
 Domini?

Vinum Servator daturus, quod in  
 nuptiis defecerat, aquam praequisivit.  
 Annon id poterat præstare, si nullam ha-  
 buisset materiam? Id sane poterat, inquit  
 Chrysolog. sed aqua in sanguinis erat  
 convertenda mysterium, ut mera pocu-  
 la de vase Corporis sui Christus bibenti-  
 bus propinaret.

Divinum hoc Sacramentum institu-  
 rus: *Ecco,* inquit, *invenitibus civitatem*  
*occurret vobis homo quidam amphoram aqua*  
*portans, sequimini eum.* Vbi Venerabilis  
 Beda: Parent Pascha, ubi amphora in-  
 fertur aqua.

Ex Christi latere, unde Sacramenta  
 fluxerunt.

Tertul. 1. de  
Bapt. c. 16.

Exod. 30.  
Græc.

Beda.

Iosu. 22.

Levit. 1.

Philo lib. de  
vita gen.

Exod. 19.

Ambros.

fluxerunt, exiit sanguis, & aqua. Myste-  
rium explicat Tertul. Ut qui aqua se la-  
vissent, etiam sanguinem porarent.

Hinc ad Petru jam jam communicatu-  
rum: *Nisi laveris te, non habebis partem ma-*  
*cium.*

Et nunc facile intelligo, quid sibi vel-  
let labrum illud æneum, quod Deus fieri  
mandavit: Erat enim labrum Græcè, *la-*  
*vatorium*, vas aqua plenum, ubi Sacerdo-  
tes primùm, deinde victimæ lavabantur. **B**  
*Lavabunt in aqua*, scilicet labri, Aaron, &  
filii ejus, manus ac pedes, quando *ingres-*  
*suri sunt in tabernaculum testimonii, ne forte*  
*moriantur*, &c. Vbi Beda. Lavent ma-  
nus, ac pedes in aqua, id est, abluant la-  
crymis actus & incessus, ac deinde ma-  
nus ad contingenda mysteria præferant,  
pedumque gressus in atria Domini põ-  
nant. Qui enim Sacramentorum per-  
ceptione mandandi sunt, cautioni cura  
prius actus suos, cogitatusque disci-  
pulant, oportet, eventilentque, & pur-  
gent, ac sic ad participanda fidei Sacra-  
menta procedant, ne audire mereantur  
illud Apostoli: *Quicumque manducat, &*  
*bibit indignè, iudicium sibi manducat, &*  
*bibit.*

Illud etiam (ni fallor) huc spectat,  
quod illi, dum altare essent ædificaturi,  
illud quidem ædificaverunt, sed *juxta tor-*  
*danem.*

Huc etiam id facit, quod Deus jussit,  
ut scilicet victimæ pedes lavarentur.  
Mysticam rei significationem dat Philo  
Hebræus. Pedum, inquit, lotio signifi-  
cat, non humi posthac incedendum, sed  
per æthera, Amans enim Deum anima  
reverà in cælum à terris emicat. sumpris-  
que alis petit sublimia, cupida oberrandi  
cum Sole, &c.

Quod divinum illud etiam præceptum  
spectasse videtur: *Sanctifica illos hodie, &*  
*cras, laventque vestimenta sua, & sint parati*  
*in diem tertium*. Quæ verba premeus Am-  
bros. Si in figura, inquit, tanta observan-  
da, quanta in veritate! Disce, Sacerdos,  
atque Levita, quid sit lavare vestimenta  
tua, ut mundum corpus celebrandis ex-  
hibeas Sacramentis.

Quod etiam respexit illud, quod co-

dem loco additum est: *Ne appropinquetis*  
*uxoribus vestris*. Vbi Rupert. Ergo ap-  
propinquare uxoribus res est illicita?  
Non utiq. e, sed sicut alibi dicitur: *Tempus*  
*amplexandi, tempus longè fieri ab amplexi-*  
*bus.*

Quod quidem tunc est, quando  
sanctificationis tempus impendet. Quid  
enim est sanctificari, nisi abstinere etiam  
à licitis? Quod si hoc dictum est accessu-  
ris ad illum ignem visibilem, ad turbidè,  
& caliginem, & procellam, ac turbæ so-  
num: quantò magis accedentibus nobis  
ad iudicem omnium Deum, & spiritum  
iustorum, & perfectorum, & Testam-  
enti novi mediatorem Jesum, & sanguinis  
asperisionem melius loquentè, quam Abel?

Id, quod etiam expendi Hieron. dum  
perpendit, non prius Abimelech panes  
Propositionis dedisse Davidi, ac pueris  
ejus, quam intellexerit, utrum mundi  
essent à muliere, non utique aliena, in-  
quit Hieron. sed à conjuge. Et subdit: Si  
ergo figuratos panes succenturis tan-  
ta erat necessaria corporis munditia, quan-  
ta putas opus esse, sanctissimi Cor. ovis,  
& Sanguinis Domini Sacramenta susci-  
pturis?

Agnus ille Paschalis ex Dei præseripto  
seligendus erat *absq. macula*, Græcè, *ir-*  
*reprehensibilis*. Sed ô quàm irreprehens-  
biles esse deceat, qui verum hunc agnum  
sunt comesturi! Oportet nos, inquit

Dionys. Areopagita, si ad Christi aspira-  
mus societate, (in Eucharistia videlicet  
incedas) divinam ipsius in carne viam  
assidue intueri, sanctamq; ipsius impe-  
catoriam imitari.

Idem huc morem illum perantiquum  
expendit ablutionis extremitatum sacer-  
dotalium digitorum. Non sine mysterio,  
inquit, ut qui jam antea lotus est, nullam  
alià, nisi tantum summitatum, extremita-  
tumque suarum lotionem adhibeat. Eos  
videlicet, qui ad Sacramenta conficienda  
accedunt, ea oportet esse munditia, ut  
ipsas quoq; animæ extremas imagines  
purgatas habeant.

Hæcque erant prærequisita puerorum  
illorù, qui possent stare in palatio Regis, &  
haberent constitutam annonam per singu-  
los dies de cœnæ ejus, & de vino, unde bibebat  
ipse,

Exod. 19.  
Rupert. ib.  
Eccles. 3.

Hier. in ep.  
ad Tit. c. 1.

Exod. 12.  
Græc.

D. Dion. in  
Eccl. Hieron.  
cap. 3.  
Eucharistiam  
sumpturi  
quanta debent  
esse sanctius,  
Idem ibid.

Sacerdotis su-  
crificaturi  
quanta debent  
esse munditia.

Dan. 1.

ipse, ut nimirum essent de semine regio, A  
 sine macula, decori forma, & eruditi o nni  
 sapientia, cauti scientia, & docti discipli-  
 na. Si ergo & tu talis es, cibo vesceris re-  
 gio, aut melius loquar, divino. Tibi fan-  
 ne porriger De.us de mensa sua quodidia-  
 num cibum, & de suo calice familiare po-  
 culu, quo intelligas, quid spirare, quid  
 inhalare debeas ex Corpore & Sanguine,  
 quibus quotidie a regia, ac liberali DEI  
 manu reficeris. Dedit, inquit D. Thom. B  
 in hunc locum, Rex de cibis suis pueris  
 illis, ne nobilitas naturæ ipsorum ciboru  
 vilioribus corrumperetur, vel ingenii  
 ipsorum subtilitas haberetur, nobiles  
 namque cibi ingenuos solent alere, ac  
 sustentare spiritus: quod etiam si in hu-  
 manis quam sæpissime fallat; id tamen  
 quotidie expermur verissimum in iis,  
 quibus Deus de sua divina mensa anno-  
 nam porrigit, & e sua cella vinum propi-  
 nat.

D. Thom. ib.

Cibi lautiores  
generant sub-  
tiliores spiritus

Ps. 33. titul.  
Aquila.

Sed quid est, quod tam diu cælesti hoc  
 cibo enutriti, non nisi adhuc terram inha-  
 lamus, non nisi terræ gustum habemus?  
 Psalmus David, cum immutavit vultum  
 suum coram Abimelech. Hebr. cum immu-  
 tavit (מַדְּיָד אֲבִימֶלֶךְ) gustum suum coram  
 Abimelech. Vbi Emisenus ait, ideo com-  
 mutasse, quia panes propositionis comede-  
 rat.

Marc. 14.

Vit. Antioch.  
Iuda proditoris  
similes, qui ex  
pana vitæ non  
fiunt meliores.

Heu! nunquam commutamus! Vereor,  
 ne pleriq; nostrum proditori sui miles fiat,  
 de quo Visi Antioch ad illa verba: *Vnus  
 ex vobis tradet me, qui manducat mecum.*  
 Iudas, inquit, tamen si divinorum partici-  
 paret, s' esset sui semper similis mansit,  
 hoc est, tremenda illius mensæ refectus  
 cibo, nihil proderat, aut enendat?  
 est. Mitu certè toties suscipere divina hæc  
 Sacramenta, nec qui quam immutari spi-  
 ritum non inalecere, non accendi! &c.

Deus bone! statim ac Dominus super  
 montem descendit, mons fumigavit. *Totus  
 mons Sinai fumabat, eò quod descendisset  
 Dominus Deus super eum in igne, & accen-  
 deret fumus ex eo, quasi de furnace. eratque  
 omnis mons terribilis, vel Hebr. valde com-  
 motus.* Tu, licet in te Christus sacramen-  
 taliter descenderet, adhuc frigidus vi-

detis, ignem non spiras, calorem non  
sentis!

O quam igne conflagrabit sanctus ille  
Presbyter ac Martyr Lucianus, de quo  
Eusebius: Cum in carcere esset supinus,  
substratis acutis testulis, & pedibus in  
cippum injectis, atque distractis, sine ci-  
bo & potu, sacram Eucharistiam ardentè  
desiderabat; & suspensis discipulis, quo-  
modo altare illuc inferrent, ait: Mensa  
erit nobis hoc pectus meum: templum  
verò sanctum vos mihi eritis, me omni  
parte circumdantes. Impositis igitur suo  
pectori signis divini Sacrificii, sublato in  
cælum obrutu, & sacro ritu precibus per-  
actis, & ipse fuit particeps Sacramento-  
rû, & aliis distribuit. Postridie, in hac  
voce: Christianus sum: emisit spiritum,  
cum totos quatuordecim dies substratis  
testulis suis, inus jacuisset.

Euseb. l. 9.  
Hist. c. 5.

Eucharistiam  
quam arden-  
ter desideravit  
S. Lucianus.

O verum Christianum! ò montem  
fumigantem, eò quod descendisset Do-  
minus super eum, igne!

Paremus itaque nos, Fratres mei, ut  
 ad divinum hoc Sacramentum acceda-  
 mus. Paremus nos orationibus, ac me-  
 minerimus, Moysen orantem manna  
 obtinuisse. Sic Iosephus: Dum Moytes  
 precabundus palmas attollit, ros de cælo  
 delabitur, qui cum manibus ejus hærens  
 conrevisset, suspicatus ille hanc alimo-  
 nam e Deo demitti, degustat, ac mox de-  
 gustatam aliis offert, ut experti crede-  
 rent. Quo loco obiter notanda divina li-  
 beralitas, ac cito precum exauditiõ. Dum  
 precabundus palmas attollit, ros de cælo  
 delabitur. Sed ad rem expende, non in  
 manus Moylis utcunque, sed in manus  
 Moylis ad orationem extensas rorem il-  
 lum defluxisse: quò intelligas, neminem  
 satis dignè cæli manna degustaturum, ni-  
 si qui prius palmas in oratione sustulerit.

Ioseph. l. 3.  
Antiq. c. 1.  
Moytes orans  
manna obti-  
nuit.

Sed adhuc dices: Quis dignè ad tantu  
 suscipiendum Sacramentum se patet?  
 Deus est, qui de indignis dignos facit; à  
 Deo dignitas postulanda, ab ipso orna-  
 menta, virtutes, & dona querenda. De  
 domo Regis accipiebant illæ quicquid ad  
 ornatum pertinebat. Ipsa Esther, etsi  
 esset formosa valde, de manu tamen Eu-  
 nuchi aliquid ad ornatum accepit.  
 Sic

Eucharistia  
sumptioni præ-  
mittenda ora-  
tio.

Esth. 2.



Sic nos pannosi, vel potius nudi ab ipso Deo ornamenta queramus, & c.

A id est, animam meam magis dilexisti, Domine, quam vitam tuam, cum pro me obieris, ut ego viverem. *Gratiam fidei jussoris tui ne obliviscaris, ille enim animam suam posuit pro te.* *Eccles. 29. 20.*

De beneficio Dominicae Passionis.

PVNCTVM CLIII.

*Psal. 39. Isa. 13. Christi passio magna apud nos oblitio.*

**T**Alis, tantiq[ue] beneficii memoria ab hominum mente quasi penitus excidisse videtur. *Oblivioni datus sum, tanquam mortuus à corde.* Hac mundi perditio. *Onus Babylonis.* Quodnam, & Propheta? *Super montē caliginosum levate signū, exaltate vocem, levate manum.* Quasi diceret: Ideò Babylon perditur, quia vexilla non explicantur, sed per terram pertrahuntur. *Levate signum, exaltate vocem, levate manum.* Idcirco, idcirco, Fratres mei, *desolatione desolata est omnis terra, quia non est, qui recogitet corde.*

*Thren.*

Sed utinam hujuscemodi oblivione Babylon sola periret! Utinam solius hoc esset Babylonis onus, ac non etiam in Ierusalem esset vastitas, atque perditio. *Filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto. Populus meus oblitus est mei diebus innumeris. Ecce quomodo moritur iustus, & nemo percipit corde.*

*Ier. 2.*

Quid? volumusne etiam & nos illud expectare tempus, ut sopitam excitemus memoriam, cum petrae scindentur, terra contremiscent, sientq[ue] tenebrae super universam terram, ut saltem, ad voces, suspiria, & clamores elementorum excitemur? Ecce nunc vexilla Regis procedunt. Nunc à sancta Ecclesia explicantur vexilla, ut ea nos in corde figamus.

*Cant. 8.*

*Crucis vexillum in corde figendum.*

*Hebr.*

*D. Aug. Solil. c. 13.*

**P**one me ut signaculum super cor tuum. Fige me ceu vexillum in arce tui cordis, arce, inquam, vi amoris, mea; morte capta. *Pone me, ut signaculum, super brachium tuū, quia fortis est, ut mors, dilectio, ex Hebr.* Alii: *Quia fortior est, quam mors dilectio, hoc est, quia ex magnitudine amoris in te mei mortem subii.* Vnde August. Tantum me dilexisti, ut sanguinem tuum in pretium dares. Dilexisti me, Domine, plus quam te, quia mori voluisti pro me,

In Angliæ historia ferunt, unum ex Regibus, Stephauum nomine, vel Henricum, gladio ita veneno infecto vulneratum, ut vulnus ob pestiferam veneni qualitatem à Medicis omnibus insanabile fuerit existimatum: unicum tamen superfuisset remedium, si quis vulneris loco os apponeret, illudque mortale venenum sugeret, quo se morte, Regemq[ue] vita donaret. Noluit pietissimus Rex tanto uti remedio, ne pro eo quisvis alius moreretur. Sed ecce amans Regina, ipso medio noctis silentio, fugit è regio cubili, vulnere tacens manum admovent, & ligaturas exolvit, os apponit, mortem fugit, sicque Regem maritum à morte liberat. Liceat nunc magna componere parvis, & humana divinis. Iacebat jam vulneratum genus humanum ex veneno aded mortifero, ut per originē in omnes transfusum, omnes perimeret. Nullum communi exitio extrabat remedium: cum ecce, Dum mediū silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus, Domine, à regalibus sedibus venit, vulnere nostro os suum apposuit, & Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit, cuius livore sanati sumus.

*Anglia cuiusdam regine insignis in maritum amor.*

**D**um mediū silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus, Domine, à regalibus sedibus venit, vulnere nostro os suum apposuit, & Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit, cuius livore sanati sumus.

*Christus venenum nostrum hausit, ut viveremus.*

**S**ic & Christus semel oblatu est (inquit Apolt.) ad multorum exhaurienda peccata. Vbi ex multiplici vi dictionis Græca, *ἀνὸς καὶ ἐν,* Corn. à Lapide: Sicut poculum vini, dum sursum ad os tollitur, & bibitur, exhauritur: sic Christus calicem passionis, & poenarum nobis debitarum ad os suum sustulit, ebibit, & exhausit, culpamq[ue] omnem adsumpsit, & aboluit.

*Hebr. 9.*

*Græc. Corn. à Lap.*

Narrat Valerius, servum quendam domini sui vestes induisse, ut pro eo ab hostibus, qui cum ad necem querebant, occideretur. Quod cum factum esset, inquit Valer. Brevis facti narratio, sed non parva materia laudationis. Quid si Dominus formā servi acceptā pro servo

*Val. Max. l. 6. c. 8. Et in cum Oliver.*

moii

mori voluisset? Brevis facti narratio, sed A  
ingens materia laudationis, sed inauditi  
amoris ex se plena commendatio. Servū  
mori pro domino, magnum planē est,  
non inficior: verū posset dominus er-  
ga servū tam sese humaniter gerere, ut  
servus nedum semel, sed centies, sed mil-  
lies pro eo mori dignum putaret: quale  
verō, ac quantum est dominum verō pro  
servo, à quo nihil sperat mori? Brevis fa-  
cti narratio, &c. Nunc verō, quod Do- B  
minus celi, & terræ servilem formam in-  
duit, ac pro vili mancipio occubuit, hoc  
ipsūmet cælum, ipsamque terram in  
admirationem convertit. O inestimabi-  
lis dilectio charitatis! ut servū redime-  
res, Filium tradidisti. Quantum ille ser-  
vo deberet, ait Valer. amplum ei faciendo  
monumentū, ac testimonium pietatis  
grato titulo reddendo, confessus est. Hic  
videlicet positus servus, qui pro Domino  
mori non dubitavit. Verū, ò excessum  
amoris! Hic, hic positus Dominus ( Tu-  
lerunt Dominum meum, dixit illa ad sepul-  
crum ) qui pro servo mori non dubitavit:  
quia hic positus Dominus, qui pro ini-  
mico mori non dubitavit. Vix pro justo  
quis moritur: & majorem charitatem nemo  
habet, quàm ut animam suam ponat pro ami-  
cis suis. Cum autem inimici essemus, Christus  
pro nobis mortuus est. Verè, verè dilexisti D  
me, Domine, plus quàm te, quia mori  
voluisti pro me.

Bernard. Ludebam ego foris in platea,  
& in secreto regalis cubiculi super me fe-  
rebatur iudicium mortis. Audivit hoc  
unigenitus ejus, exiit posito diademate,  
sacco vestitus, aspersus cinere caput, nū-  
dus pedes, flens, & ejulans, quod morte  
damnatus esset servulus ejus. Intueor  
illum subito procedentē, stupēo novita- E  
tem, causam percunctor, & audio. Quid  
facturus sum? Adhucne ludam, & delu-  
dam lacrymas ejus? Planē si insanus sum,  
& mentis inops, non sequar eum, nec si-  
mul cū lugente lagebo. Ecce unde pu-  
dor. Dolor, & timor unde? Vtiq; quia  
ex consideratione remedii, periculi mei  
æstimo quantitatem. Nesciebam, sanus  
mihi videbar, & ecce mittitur Virginis fi-  
lius, Filius Dei altissimi, & jubetur occi-  
Speranza Scriptura selecta.

di, ut vulneribus meis pretioso Sanguini-  
nis illius balsamo medeatur. Agnosce, ò  
homo, quàm gravia sunt vulnera, pro  
quibus necesse est Dominum Christum  
vulnerari. Si non essent hæc ad mortem,  
& mortem sempiternam, nunquàm pro  
eorum remedio Dei Filius moreretur.

Mortuus est propter delicta nostra. Sed qua  
id, quæso, animi promptitudine? Cucur- P sal. 61.  
ri in siti. Alii: Cucurrerunt in siti, sed tamen Alii.  
omnes præveni, ac antecessi. Quod facis Ioan. 3.  
sic citius. Aug. O verbum libentius pa-  
rati, quàm irati, nec tam festinantis in  
illius pœnam, quàm in salutem fidelium!  
Egredimini, egredimini, filie Sion, in excel-  
sum mentis, excessum divini amoris, si  
nosse vultis: Et videte eum coronatum in  
die lætitiæ cordis sui. Cernite illum spinea  
redimitum corona, & scitote, quòd sicut  
olim inter spinas sese torum ardentem  
ostendit, sic nunc totus amore ardet. Ossa Exod. 3.  
mea, sicut cremium, aruerunt: tanquàm fo-  
cus, & torris adusta sunt. Et tu, anima mea,  
non accedes ad videndā visionem hæc  
magnā? Non intrabis affectu, jugique  
memoria in illius amantis pectoris for-  
nacem? O pectus! ò forax, in qua ma-  
gni contemplatores, ceu Seraphim, ar-  
dent, & dum vident divinum illud cor,  
quod ardet amore, cū Seraphico illo ex-  
clamant: O latus! ò latus apertum! ò  
vulnus mei piissimi Redemptoris! hic,  
hic volo acquiescere, requiescere, dormi-  
re, mori: Hæc requies mea in sæculum sæcu- Cant. 2.  
li: hic habitabo, quoniam elegi eam. Ordina- Hebr.  
vit in me charitatem: vexillum ejus super me  
charitas.

Hic primus vexilli Crucis effectus.  
Præterea: Vexillum erectum magnam  
præstat militibus fiduciam, ut defectum  
vires adimit, animoque cadentes facit.  
Pari ratione passio Domini, vexillumque  
Crucis erectū in memoriā homini diffi-  
denti, ac pavido magnā spem, fiduciamq; Crucis  
erectum erigit  
nostram fidu-  
ciam.  
præstat. Dici nequit, quanta sit diffi-  
dencia quorundā, qui dum suorum con-  
fessi sunt eriminum, sciuntque sese gravi-  
ter deliquisse, vix actum spei eliciunt, vix  
sperant veniā. Hi pretium, quo sunt re-  
dempti, nesciunt æstimare, pretiosissimi-  
que illius sanguinis effusi ignorant valo-  
rem,

Qqq

Bern. ser. 1. in  
die Nativit.  
Dom.

Crucis vexil-  
lum in animo  
erectum erigit  
nostram fidu-  
ciam.

rem, nec intelligunt, satis, superq; factum A  
ad divinam rigorem iustitiæ.

Tob. 6.

Greg. ibid.

Peccata nostra  
Christus re-  
gularit sua.

*Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in statera (Iob in persona Salvatoris) quasi arena maris hac gravior appareret. O verba omni fiducia plena! Peccata mea. Quid ais, ð bone Iesu, peccata tua? Sic, peccata scilicet, quæ tua, tua sunt, sed super me posita, mea quoad debitum exsolvendum computavi; sed utinam appenderentur in statera Crucis cum ea calamitate, ac pœnâ, quam patior: Quasi arena maris hac gravior appareret.*

Christus san-  
guinem totum  
fudit, ut no-  
stram fiduciam  
confortaret.

Sed quare, mi Domine, talia, tantaq; passus es? Quare tantum sudisti cruoris, cum ad infinitos mundos (si tamen darentur) redimendos stilla una Sanguinis satis esset? Domine, satis saluti, inquit August. sed non satis amoris. Dicam ego: sed non satis meæ diffidentia. Unde, quod meâ, sic dixerim, evinceret diffidentiam, totum Sanguinem profundere voluisti, tamque copiosam fecisti redemptionem, ut ne quidem sanguinis gutta remanserit: totus, totus, ð Salvator, Sanguis tuus super rationalem terram effusus est, & quod potuisti gutta, voluisti unda. *Benedixisti, Domine, terram tuam, avertisti captivitatem Iacob. Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuam. Nota, omnem iram tuam, q. d. non remansit ullus in corpore sanguis, nec in venis, nec circa cor. Ergo non irascar, sed potius cogitabo cogitationes pacis, & non afflictionis. Vide, ð homo, tu meum es cor. Cum quis moritur, sanguis recurrit ad cor. Sanguis itaque super te effusus, quiq; ad te ecurrit, indicat, quod meum es cor.*

Quod potuit  
facere gutta,  
fecit unda.  
Psal. 34.

Christi cor  
homo.

Fuit verè summi effectus amoris illa lateris apertio: non etenim satis fuit amoris, quod in Circumcisione, in horto, in flagellatione, coronatione, ipsaque crucifixione totum Sanguinem Christus effudit; nam vel post mortem pie crudelis amor stans ad Christi latus poposcit aperiri hoc latus, suis ut videret oculis diffidens homo, ne guttulanti quidem remansisset, ac proinde intelligeret, Deum omnem iram suam mitigasse, satisque ei

factum, vel ad severissimum iustitiæ rigorem. Quomodo ergo peccator, cum talem, tantamque habeat fiduciam rationem, fiduciam non habebit, si Deo assistens dixerit: Pater æternæ, peccavi, & malum coram te feci? Verum est tuam altissimam, infinitamque læsi maiestatem, unde infinita sunt mea debita apud tuam iustitiã. Sed protector meus, aspice, Deus respice in faciem Christi tui. Nonne hic te placavit innocentissimus Agn? *Peccatoris veniam fiduciam postulat, iter postulat, iter oratio.* nonne Sanguis ejus satis etiam ad rigorem fuit iustitiæ? Si infinitum est meum peccatum, infinitus est Sanguinis ejus valor, infinita virtus, infinita misericordia. *Respice, respice in faciem Christi tui.* Non exposco veniam propter mea merita, virtutes, actiones, opera, quæ nulla sunt: sed *Respice in faciem Christi tui,* per illud caput spinis coronatum, per illam divinam frontem conspersam sanguine, per illos oculos plenos lacrymarum, per labia illa livore infecta, per illas manus, pedesque confixos, per illud corpus dilaceratum indulgentiam exopto, & exopto: Hæc tota ratio spei meæ, hæc mea merita, hic meorum precum valor, hæc lacrymæ meæ, *Per Christum Dominum nostrum.*

Sic, sic fieri non poterit, quin nos Deus exaudiat. Si olim vocem sanguinis iusti Abel clamantem audivit, quomodo modo vocem Sanguinis Filii sui non vindictam, sed misericordiam, sed veniam clamantis, non exaudiet? Si quondam promisit Deus Noë post diluvium, arcum se positurum in nubibus caeli, ut non perderet amplius aquis diluvii omnem carnem, quomodo non parceret terræ propter Filium, qui postquam in seipso passus est diluvium dolorum, ac tormentorum, in Cruce expansis brachiis, veluti arcus, proprio rinctus Sanguine remansit, ut eum aspiciens Deus, nequaquam malediceret terræ propter homines; sed ei ignosceret propter Filium?

Aspice, aspice, pie Pater, piissimum filium pro me tam impie passum. Respice, elementissime Rex, qui patitur: & reminiscere benignus, pro quo patitur: Nonne hic est, Domine, innocens ille, quem

D. August.  
medit. 6. 9.

ut

Et servum redimeres, filium tradidisti? A Nunquid non, Auctor vitæ, hic est, qui ut ovis ad occisionem ductus, tibi; usque ad mortem obediens factus, atrocissimæ non eimuit necis genus subire? Recole, totius salutis Dispensator, quia hic est ipse, quem etsi ex tua virtute genuisti, meæ tamen infirmitatis participem fieri voluisti.

Verè hæc est tua Deitas, quæ meam induit naturam, Crucis ascendit patibulum, quæ in assumpta carne triste tulit supplicium. Reduc, Domine Deus meus, oculos tuæ majestatis super opus ineffabilis pietatis, Intuere dulcem natum toto corpore extensum. Cerne manus innoxias pio manantes sanguine, & remitte placatus scelera, quæ patravissent manus meæ. Considera inermelatus crudeli perfossum cuspidè: & renova me sacro fonte, quem inde credo fluxisse. Vide immaculata vestigia, quæ non steterunt in via peccatorum, sed semper ambulaverunt in lege tua, diris confixa clavis, & perficè gressus meos in semitis tuis, & fac me propitius viam veritatis eligere. Oro te, Rex Sanctorum, per hunc Sanctum Sanctorum, per hunc Redemptorem mei, fac me currere viam mandatorum tuorum, ut ei valeam spiritu uniri, qui mea non horruit carne vestiri. Nunquid non attendis, pie Pater, adolescentis Filii charissimæ caput nivea cervicè desflexa pretiosissimam resolutum in mortem? Aspice, mirissime conditor, dilectæ sobolis humanitatem, & misere super infirmi plasmatæ debilitatem. Candet nudum pectus, rubet cruciatum latus, tensa arent viscera, decora languet lumina, regia pallent ora, proæta rigent brachia, erunt pendunt marmorea, rigat terebratos pedes beati sanguinis unda. Specta, gloriose Genitor, gratissimæ prolis lacerata membra, & memorate benignus, quæ mea est substantia. Conspicite Dei hominis poenam, & relaxati hominis miseriam. Vide Redemptoris supplicium, & redempti dicitur delictum. Hic est, Domine mi, quem propter peccata populi tui percussisti, di-

cet ipse sic dilectus, in quo tibi benè complacuisse. Hic est ille innocens, in quo dolus non est inventus, & tamen inter iniquos deputatus est.

Quis ad hæc non speret? Quod si adhuc cum proditore desperas, reminiscere, & quanta fecit in proditorem Salvator, ne desperaret. Vbi ejus lavit pedes, inquit Ioan. Turbatus est spiritu, & protestatus est. Quid? Quod adhuc promptus esset ad ignoscendum, quod a seipso erat sua perditio, quod usque in hæc tot modis ejus salutem quaerivit, &c. Et protestatus est Annon Christus Cruci affixus, quem tibi ob oculos aliquis ponit, protestatio est desiderii, quo Deus tuæ salutis venerit? annon protestatio est, tuam perditionem ex te ipso esse?

Sed non est hic ultimus hujuscæ erecti vexilli effectus. Vexillum erectum fugat hostes, & ad pugnandum dat vires. Pari ratione Christi passio fugat exercitum vitiorum, & ad perferendum, pugnandum, moriendum, si opus sit dat robur. Orig. Certum est, quia ubi mors Christi animo circumferatur, non potest regnare peccatum: est enim tanta vis Crucis Christi, ut si ante oculos ponatur, & in mente fideliter retineatur, nulla concupiscentia, nullæ libido, nullus furor, nulla superstit invidia, sed continuo ad ejus præsentiam totus ille peccati, & carnis fugatur exercitus.

Et verè ita est: nam si quis sibi præ oculis Christum constituat passum, quomodo se frænari non sentiet, quamvis incompositus, & dissolutus, si caput illud tot spinis transfixum conspiciet? Fierine poterit, quin coma illa evulsa, ac reliqui capilli remanserunt, sanguine madentes hominum superbiam non compriment, ac mulierum cincinnos, cultamque comam non exturbent? Essene poterit, ut quis intueatur os illud divinum felle potatū, nec ciborum inordinatam delectationem abominetur? Dominus meus crucifixus est, ajebat Pachomius in Vita Patrum, & ego nunc oleum comedam? Quo-  
nam modo corpus illud circumquaque plagarum, livoribus, ac vulneribus

*Iudas ut ne desperaret, omnia fecit Christus.*  
*Ioan. 15.*

*Crucis vexillum erectum fugat hostes, & dat pugnantibus vires.*

*Orig. in Ep. ad Rom.*

*Et totum peccatorum dissipat exercitum.*

*In Vit. Patr. 11.*

plenum delectationes sensus, vestiumq; A  
superfluos ornatus abhorre non faciet?  
Qui fieri poterit, ut latus illud apertum,  
à quo fluxit sanguis, & aqua (in signum,  
quòd divinum illud cor non erat iratū,  
nam ex quantitate aquæ fieri non poterat  
sanguinis accensio circa amantissimum  
cor) corda non emolliat, nostrasque in-  
dignationes non tollat? Ellene poterit,  
quòd illæ manus, pedesque confixi non  
ab operibus malis, & ab omni inordina- B  
to rerum affectu nos retrahant? Heu!  
heu! coronam spineam gestat Dominus,  
& dicam: *Coronemus nos rosis?* Manus te-  
rebratas habet extensas in Cruce; & ego  
extendam meas ad turpia? Felle, & aceto  
potatur moriturus, & ego dicā: *Uino, &  
unguentis impleamur?* Ludificatur, vili-  
penditur, & ego honoribus inhiabo? Pe-  
ctus ille suum mihi, latusq; & cor ipsum  
aperiri est passus, daturus, quod optem, C  
& ego meum illi obfirmabo, hostiq; ape-  
riam? Facies illi virulentis spuitis defor-  
mata, & ego pingam meā? *Dominus meus  
Ioab super faciem terra manet, & ego ingre-  
diar domum, ut comedam, & bibam, & dor-  
miam cum uxore mea?* Torus, torus ille  
peccati, & carnis fugatur exercitus.

Sap. 5.

Reg. 11.

Ob id præcipue nos monet Apostolus,  
ut omnem in locum hanc passionis me-  
moriā in nobismetipsis circumferamus, D  
ut vult Orig. in illud: *Semper mortificatio-  
nem Iesu Christi in corpore nostro circumfer-  
rentes.* Et alibi: *Recogitate eum, qui talem,  
ac tantam sustinuit à peccatoribus contradi-  
ctionem, ut non fatigemini animis deficientes.*  
Vbi jam prædictum ejusdem memoriæ  
fructū, & effectum ostendit: *Vt non fati-  
gemini.* Hæc etenim Passionis memoria  
adedo Christi milites confortat, ut licet  
multa patiantur, vix aliquid ad Christi E  
comparationem pati arbitrentur, dum  
illud dicere possunt: Nondum usque ad  
sanguinem restitimus. Sic Hieron. Pam-  
machium monet: *Quod, inquit, Patritij  
generis primus inter primos Monachos  
esse cæpisti, non sit tibi tumoris, sed hu-  
militatis occasio, scienti filium Dei factū  
Filium hominis. Quantumcunque te  
dejeceris, humilior Christo nõ eris. Esto,  
incedas nudis pedibus, fusca tunica ve-*

D. Hier. ep. ad  
Pammach.

stiaris, æqueris pauperibus, in opum cell-  
ulas dignanter introeas, cæcorum ocu-  
lus sis, manus debiliū, pes claudorum,  
ipse aquam portes, ligna concidas, fo-  
cum extruas; ubi vincula? ubi alape?  
ubi spura? ubi flagella? ubi patibulum?  
ubi mors?

Tot sunt effectus, & fructus domini-  
cæ passionis, ut si omnes persequi velle-  
mus, nullus inveniretur dicendi finis, &  
idedo concludamus cum D. Bonaventura: *D. Bon.,  
Christi passi  
meditatio  
quoniam boni  
operiur.*  
Si vis, ò homo, de virtute in virtutem,  
de gratia in gratiā, de bono in melius  
proficere, quotidie quanta potes devo-  
tione mediteris Domini passionem; ni-  
hil enim in anima ira operatur univer-  
salem sanctificationem, sicut meditatio  
passionis Christi.

Quæ quanti valoris existat, Albertus *Alb. Magn. in  
tract. de Missa.*  
Magnus audiatur. Simplex, ait, recorda-  
tio, vel meditatio passionis Christi  
plus valet, quàm si quis per annum jeju-  
naret in pane, & aqua qualibet sexta fe-  
ria vel disciplinaret se qualibet hebdo-  
mada per annum usque ad effusionem  
sanguinis, vel quotidie legeret unum  
psalterium.

De Christi Domini passione præcipue  
meditanda per viam compassio-  
nis, contritionis, ac imi-  
tationis.

## PVNCTVM CLIV.

Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus, *Psal. 44.  
Christi passi  
tragedia af-  
fectuose, &  
fixè cogitanda.*  
exaltabor in gentibus, & exaltabor in  
terra. Propheta regius in persona Salva-  
toris: *Vacate, per aliquot præcipue dies  
ab omni rerum sollicitudine; negotia,  
cogitationes, mentemque colligite: Et  
videte, quoniam ego sum Deus, qui vestri  
amore exaltabor in gentibus, & dum tollar  
in crucem, exaltabor in terra. Vacate, & vi-  
dete!*

Idque non raptim, sed fixè, & attentè. *Hebr. 12.  
Recogitate eum, qui talem, &c.* hoc est, co-  
gitate,

gitate, ac iterum cogitate, quod Sponsa A faciebat, cum ait: *Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi*; Id est, non steti, ut mox abirem, sed in ea consideratione sedi. Et aliàs: *Fasciculus myrrhae, dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur*. O felicem animam, in qua passionis Christi memoria civis est, & commoratur, non ut advena pertransit!

*Et minutatim* Si oblatio fuerit de sartagine. Helych. id est, de cruce, *de vides eam minutatim*. In te il. singulas partes passionis distinguendo, scilicet sputa, colaphos, coronam spinream, &c.

*Et cum condolegentiâ.* Sed, qua potissimum via meditemur? Compassionis. O quam hæc Salvatori pergrata! *Consolantem me quaesivi, & non inveni*. Heu! compatiuntur elementa: tu, pro quo solo Christus patitur, non compateris?

*Thren. 1.* O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus. Amici Iob videntes eum ad talem miseriarum statum redactum, septem diebus, septemque noctibus commiseratione tacti obmutuerunt: *Videbant enim dolorem esse vehementem*. Quid si eorum causa Iob ad talem miseriam esset redacta? Nunc pro te in has conjecturas rerum miserias Christus è tuo corde commiserationis affectum non educet?

*Iob. 2.* Ut Apostolus tenerrimas ob id solvatur in lacrymas! *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me*. Ut Moyses, ubi Dei vidit posteriora, hoc est, ubi sese ei Deus ostendit in humana forma, juxta Lyranum, ac Magistrum Hiltor. sehol. in eadem scilicet, qua pro nobis passurus erat, cum quibusdam videlicet ligaturis in occipite, &c. gemebundus clamavit: *Misericors, & clemens, patiens, & multa misericordia!*

*Gal. 2.* *Exod. 33.* *Nicol. de Lyr. & Mag. Hist. sehol. ib. c. 76.* Et quoniam modo non miserebitur, qui pater, quis, & quæ pertulit? Heu Crucem perfert Filius Dei! Lactantius: Non Cannianam crucem describimus, quam M. Tull. universæ eloquentiæ suæ verbis, ac vicibus, velut effusus totius ingeni fontibus profecutus est, facinus indignum esse proclamans, civem Romanum, contra omnes leges, in crucem esse

*Lactan. l. 4. c. 18.* sublatum: qui quanvis innocens fuerit, & illo supplicio indignus; mortalis tamen, & ab homine scelesto, qui justitiam ignoraret, affectus est. Quid de hujus crucis indignitate dicemus, in qua Deus à cultoribus Dei suspensus, atque suffixus est? Quis tam facundus, & tanta rerum, verborumque copia instructus existeret, quæ oratio tantæ afflictionis ubertate decurrens, ut illam crucem meritò deploraret, quam mundus ipse, & tota elementa luxerunt?

Passus est autem in toto corpore tenerime complexionis: nam quæ fiunt per miraculum, excellentiora sunt iis, quæ fiunt per naturam, ut inquit Chrysostr. & quod complexio nobilior, mensque dexterior, eò mollior, ac tenerior solet esse caro, ut ait Philosophus. Ergo Christi caro purissimo Virginis sanguine, Spiritus Sancti opere formata, mollissima, ac tenerissima, & intellectus ejus, cui unitum erat Verbum, dexterrimus, & complexio nobilissima digna tantis hospitibus, tali anima, ac tali Verbo. Ad hæc passus est eo tempore, quo vita charior esse solet, & in loco publico, ubi scelestissimi torquebantur.

Sed qualiter? Intensissimè, & sine ulla prorsus consolatione: purus, purus illi, ac merus dolor, cæteris calix Domini plenus mixto, feli, & meli. Secundum multitudinem dolorum meorum, in corde meo consolationes tuæ laticificaverunt animam meam. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilii: Stephano lapidum torrens dulcis hoc melle temperatus. D. Andreas crucem hoc lætitiæ oleo perunctam salutavit, & amplius est. B. Laurentius ignes hoc rore resperfos irrisit, ac Tiburtius carbones suos rosas astimavit. Christus omnino desertus à discipulis: *Omnes relicto eo fugerunt, à seipso renuit consolari anima mea, à superiori parte, quatenus ab ipso prohibita est, ne gloriatus.*

*Dolores acerbissimi, & puri.* *Psal. 93.* *2. Cor. 7. A. 5. Act. 7.* *Christus ab omnibus derelictus.*

Q991 3

*Pfal. 17.  
Laur. Iustin.  
de triumph.  
agon.*

sem, passionemque mitigante careret: **A** *Deus meus, ut quid deliquisti me? Vnde B. Laur. Iustinianus: Altissimo Deitatis consilio factum est, inquit, ut tota fruitionis gloria militaret ad penam.*

*O quam verè illud dicere poterat: Inferni circumdederunt me! Infernus enim tantum meris abundat malis, cælum meris bonis: dolores ergo Inferni, id est, meri dolores circumdederunt me. Vnde quod olim Martha exposulabat de Ma-* **B** *ria forore, poterat (si dicere licet) & humanitas de Divinitate: Domine, non est tibi curis, quod seror mea reliquit me solam ministrare?*

*Bern.  
Christi de cruce  
ad hominem  
apostrophe,*

**Bern.** O homo, ò homo, vide, quæ pro te patior. Non est dolor, sicut quo crucior. Ad te clamo, qui pro te morior. Vide pœnas, quibus afficio. Vide clavos, quibus confodior. Vide lanceam, qua transfigor. Et cum sit tantus dolor exterior, extat interius planctus gravior, cum te tam ingratum experior.

Idem alibi per partes: Caput angelicæ tremendum Spiritibus densitate spinarum pungitur facies pulchra præ filiis hominum, sputis Judæorum deturpatur? Oculi lucidiores Sole caligant in morte? Aures, quæ in cælo audiunt angelicos cantus, audiunt peccatorum insultus? Os, quod docet Angelos, felle, & aceto potatur? Pedes, quorum scabellum adoratur, cruci clavo affiguntur? Manus, quæ formaverunt cælos, sunt in cruce extense, & clavis confixæ? Corpus denique rotum verberatur, & lanceâ perforatur latus ejus?

Item: Considera Filium Virginis deturpatum sputis, lividum plagis, confixum clavis. Attende cæli rectorem stantem in cruce, pallidum morte, deformem carne. Ne pertranseas Dominum Angelorum virum percussum à Deo, & humiliatum, virum quasi leprosum, & omnibus detrimentis expositum.

*Quintil. l. 6.  
Inst. c. 1.*

*Ecce homo, ecce homo.* Quintil. Producere ipsos, qui periclitantur, squalidos, atque deformes, & ostendere lecta è vulneribus ossa, ac vestes sanguine perfusas, multum valet ad animos permovendos.

*Sueton. in  
Cæs.* Prætexta Cæsaris prolata in foro cruenta populum Romanum egit in furorem: Annon ergo eruentum illud pectus, costæque flagris laceræ animum emollient, & ad comiserationem impellent? *Eccæ homo.* Benè verbo, digitoque ostentat, ac restatur esse hominem: secus enim bestiam excoriatam populus credidisset, adeò sputis cruore mixtis, laceratoque corpore tota Iesu species erat deformata. *Eccæ homo, ò homines, ecce homo: q. d. Si belluam, si canem hoc rerum statu videatis, indoleatis proculdubio: Filium Dei tam malè exceptum, sine dolore, sine lacrymis videatis?*

**Bonavent.** Cur magis compateris pedi, vel ungulae manus tuæ, quam Christo capiti tuo? Vbi, quæso, stultitia major, ubi prorsus malicia peior? O homo, nonne videtur, quod illum, vel illam rem plus diligas, cui plus compateris in dolore? Si sic, ergo plus diligis pedem tuum, quam caput Iesu Christi: nam plus compateris pedi in modica afflictione, quam Christo in tam gravissima passione, & morte: & plus tendit cor tuum ad ligandum pedem tuum, quam ad amandum Christum: plus ad condescendum pedi, quam ad compatiendum Christo. *O caritas maxima! ò malitia inaudita! ò crudeles homines venenosis serpentibus deteriores! nam serpentes in tantum compatiuntur capiti, ut pro capite tori corpus exponant: sed certè videtur, quod tanquam membra arida, & putrida jam sumus excisi à capite nostro: quia ipso sic Christo crudeliter vulnerato, ejus vulnera non sentimus.*

*Omnis anima, qua afflictæ non fuerit die hac, peribit de populo meo.* **Lev. 23.**

**¶** Modus alius, ac via, qua Christi Servatoris nostri passionem meditemur, ea est, quam contritionis, compunctionisque dicimus, quæ nimirum reos illius mortis nosmetipsos sentimus, ac ob scelera nostra in ejus morte partem nos habuisse cognoscimus. *Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit. Et Dominus posuit in iniquitatem omnium nostrorum.* **Isa. 53.**

Nos itaque cum flagellavimus, nos **per-** *Tanquam à nobis ei illata.*

percutsum persequuti sumus, & super A  
dolorem vulnere eius addidimus, nos  
suprà dorsum ejus fabricavimus, nos ca-  
put ejus spinea corona transfiximus.

Hebr. 6.

Heu, heu, quid agimus, cum pecca-  
mus? Filium Dei cruci affigimus. Rur-  
sum crucifigentes sibi metipsis Filium Dei.

4. Reg. 3.

Et peccatum non perhorresces? A pec-  
cando non retraheris? In lib. Reg. Rex  
ille Moab, ut obsidatos in obsidione  
hostes deterreret, ac abire compelleret, B  
arripuit filium suum primogenitum, qui  
regnaturus erat pro eo, & obtulit holo-  
caustum super murum. Et facta est (sub-  
dit facer Text.) indignatio magna in Israël,  
stetitque recesserunt ab eo, & reversi sunt in  
terram suam. O si fas esset humana apta-  
re divinis! Quid aliud egit Deus? Pro-  
pter scelus populi mei percussit eum, ut ab illa  
obsidata obsidione, qua me peccatores  
quasi peccatis obsideant, terreantur.

Hebr. 10.  
Syriac.

Et non solum non deterreberis, sed de-  
lectaberis etiam in morte illius? quin se-  
mel percutsum rursùm percussus? Cru-  
cifixum iterùm cruci affiges? Sanguinem  
testamenti pollutum ducis, vel Syriac. Tan-  
quam cuiuslibet alterius asinus nec pre-  
tium attendes? &c. Nihil me magis in  
horrorem adducit peccati, quam Christi  
passio. Hæc certe longè efficacior ipsa D  
Inferni pœnâ ad horrorem peccati.

A facie tua, Domine, concepimus, & pe-  
perimus spiritum salutis. Sentiet id, sentiet  
peccator, si ante Christum cruci affixum  
exoret.

Christi vir-  
tutes in passio-  
ne maxima  
duxerunt.

¶ Est præterea utilis, ac valdè fructuo-  
sus modus ille meditandi, qui ad virtu-  
tum imitationem tendit. Hæc licet omnes  
in tota Christi vita eminenter resplen-  
deant, omnisque Christi actio perfectis-  
simæ virtutis fuerit: passio tamen ejus  
est veluti summa, ac omnium virtutum  
epitome. Ut splendet humilitas! Vidimus  
eam despectum, & novissimum virorum. O  
quam verè reobuit in novissimo loco, dum  
in cruce inter duos latrones occubuit!  
Quam gloriosus fuit hodie Rex Israël, discoop-  
erens se ante ancillas servorum suorum, & nu-  
datus est, quasi si nudetur unus de scurris! Quis  
hanc humilitatem comprehendat? Quan-

Isa. 53.

2. Reg. 6.

to major es, humilia te in omnibus. Si ad  
mensuram magnitudinis, ac dignitatis  
respondet humilitas, quis ad hanc com-  
prehendam pertingat? Bernard. O  
humilem, & sublimem! ô altissimum, &  
novissimum! ô opprobrium hominum,  
& gloriam Angelorum! Nemo sublimior,  
& nemo despectior. Et novissimum viro-  
rum. Hæbr. Cessatorem virorum, vel, & Hebr.  
cessavit viris. Quasi Christus consue-  
se humiliaverit, ut ferè capacitem  
hominis per humilitatem exhausit, ita  
ut cum majore humilitate jam humana  
natura stare non posset, sed omninò desi-  
nere, cessareque deberet, juxta illud: Ego  
autem sum vermis, & non homo, opprobrium  
hominum, & abjectio plebis. Heu! heu!  
Filius Dei factus est vermis, per humili-  
tatem, & vermis per superbiam adedò su-  
pra se extollitur, ac erigitur!

Christi humi-  
litus quanta  
maxima esse  
potuit.

Psal. 21.

Sed ad prima passionis mysteria redea-  
mus, ut hanc eandem pernecessaria vir-  
tutem videamus. Et canas facta, cum Dia-  
bolus jam misisset in cor, ut traderet eum Iu-  
das Simonis Iscariothæ, sciens, quia omnia  
ei dedit Pater in manus, &c. misit aquam in  
pelum, & cepit lavare pedes discipulorum.  
Vbi Chrys. Vbi sunt, qui despiciunt con-  
servos? ubi sunt, qui honores expetunt?  
Proditoris Domiaus pedes lavavit, sacrile-  
gi, & furis, & in tempore proditoris:  
& tu magna sapis, & supercilia erigis?  
Quem tumorem non destruet, quod qui  
seder super Cherubim, pedes lavit prodit-  
oris? Tu verò homo lutum, pulvis &  
cinis te ipsum extollis? Pedes igitur la-  
vemus invicem, etiam famulorum, exem-  
plo ejus, qui dixit: Exemplum dedi vobis,  
ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.  
August. manu, vel corde.

Ioan. 13.

Chrys.

At quinam humilitatis gradus, com-  
prehendi, legari? Comprehenderunt Ie-  
sum, & ligaverunt eum. O! ô! exclamat  
Cyrill. illum ligant, qui ut eos solueret,  
advenerat? August. illum ligant, à quo  
solui deberent? O Regis gloriæ ignomi-  
niam! Ita enim vinculum tacite quasi  
ignaviæ arguunt, ac fidei ejus derogant,  
quasi etiam jurato non sit credendum de  
fuga, non arripienda, nisi vinciatur.

Christus ad  
summam  
ignominiam  
ligatus.  
Cyrill. II. in  
Ioan. c. 27.  
Aug. tract. 111.  
in Ioan.

Ignaviæ.



Ignavi, nulliusq; fidei homines vincuntur: Duces, militesque generosi vinciti non solent. Davidis vox de Abner: *Nequaquam ut mori solent ignavi, mortuus est Abner, manus tua ligatae non sunt, & pedes tui non sunt compedibus aggravati. Sed tuæ, ô Rex gloriæ, manus ligatae sunt: nam tanquam ad latronem cum gladiis, & fustibus exierunt comprehendere etc.*

Et quid Filio Dei humilius, qui vel ignominiosè impactam alapam suscepit? Vestigiumne adhuc falsi honoris remaneat, aut nos terræ vermes ad quamlibet vel levem ignominiam faciem avertam?

*Philip. 2. Hoc, hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Vel Græcè: Is affectus sit in vobis, qui fuit in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit.*

*Græc. Evacuavit. Tertull. Exhausti. Discite ergo, discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.*

O quam mitis! Iuxta humilitatem est mansuetudo: ineffabilis hæc certè, quam semper ostendit, dum nihil asperum, nihil turbulentum, nihil durum inter quas-cunq; injurias tortoribus suis respondit: *Quin quasi agnus cor à rudente se obmutescet, & nō aperiet os suū. Et cum malediceretur, nō maledicebat, cū pateretur, non comminabatur.*

*Isa. 53. 1. Pet. 2. Psal. 117. Pagnin.*

*Chald. Constituite diem solennem in condensis usque ad cornu altaris. Pagn. Ligate agnum, vel Chald. Puerum fimbriis usque ad cornua altaris (brachia Crucis) O agnum mitissimum sine voce! De flagellatione Hier.*

*D. Hier. Christus qualiter flagellatus*

Sex carnifices accedunt, duo eorum virginis spincis, duo lotis nodosis, duo carenis ferreis, unguibus terminatis aduncis, incipiuntque primi totis viribus eum percutere, adduntur vulnera vulneribus, decurrit sanguis. Primis defessis succedunt secundi, & novis vulneribus vetera cumulant, quos mox tertii subsequuntur, qui uncinis carnem, ac pellem avellunt.

*Suprà dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam. Heb. Dorsum meū araverunt aratores, & produxerunt sulcum suū. Et quod amarius erat (uti revelavit Brigita pientissima Mater) cum retraherentur flagella, carnes flagellis sulcabantur.*

*Psal. 128. Hebr. L. 1. c. 10.*

O quam verum illud: *Congregata sunt super me flagella, & ignoravi* (causam, vel juxta August. *Et nescierunt, vel ignoraverunt percussionum numerū, nulla etenim servata numeri lege flagellarunt) dissipati sunt, nec compuncti.*

*Lactant. dissoluti sunt (viribus) nec compuncti sunt (ullo commiserationis affectu) tentaverunt me, & deriserunt derisu, & striderunt dentibus suis super me.*

*Et cum hæc omnia fierent, subdit Lactant. nullam vocem ex ore suo, tanquam si mutus esset, emisit. Quod notat Evangelista: Ita ut miraretur Praefes vehementer.*

Quam mansuetudinem, & patientiam miratur August. in alapa, qua sacrilegus ille divinam illam faciem percussit. Si cogitaremus, inquit, quia acceperit alapam, nonne vellemus, eum, qui percussit, aut caelesti igne consumi, aut terra

dehiscente sorberi, aut corruptum Damonio volutari, aut aliqua hujusmodi

qualibet pœna, vel etiam graviore puniri? Quid enim horum per potentiam jubere non potuisset, per quem factus est mundus, nisi patientiam nos docere voluisset, qua vincitur mundus? Chryf. Exhorrescat cælum, & contremisecat terra de Christi patientia, & de servi impudentia!

O patientem! ô mitem! Traditus voluntati eorum, ut ne musitavit quidem, quod meditandum, notandumque est! Iesum verò flagellatum tradidit voluntati eorum. Legi parendum, non hostium voluntati, limitasset saltem crucem, modū, tempus: sed nihil minus, voluntati eorum, votis eorum eum tradidit; unde credibile est, sevitum latius in eum, pulsatum in via pugnis, ictibus, calcis;

*Et colaphis eum ceciderunt. Græcè: Et crepidis eum ceciderunt. Hinc legitur revelatū, Christum Dominum percussum in facie alapis centum duabus, pugillis centum viginti, in ore præcipuè triginta, calcis centum quadraginta vicibus, percussionibus in brachiis sexaginta duabus, in pectore vigintiocto, in cruribus triginta duabus, in humeris, & dorso octoginta, consputum in facie sexaginta tribus vicibus, per terram tractum capillis vigintiseptem, mille punctio-*

*Christus pugnis, calcibus & calcibus impetitus. Matth. 26. Maldon. ib. Lanfberg. ser. de præc. eff. & vir. in pass. Chr. nobis exhibitus.*

punctionibus transpunctum in capite sex millibus sexcentis sexaginta sex flagellorū ictibus percussū, ac denique quinque millibus quadringentis septuaginta quinque in toto corpore affectum vulncribus. Et in his omnibus patientissimus nec semel os suum laxavit: sed omnia patientissimè pertulit, quæ furor, odium, voluntasque illis suggessit. *Jesus verò flagellatum tradidit voluntati eorum.*

Heu! quis prohibet, ne dicam, vinolentia eorum? Theophyl. ait, ebrios fuisse, juxta illud: *Et in me psallebant, qui bibebant vinum.* Quid in manu ebriorum non sit passus? Relucet præterea obedientia, quam ne perderes, vitam perdidit: relucet paupertas, eaque talis, ac tanta, ut nudus in Cruce non haberet, ubi caput suum reclinaret. Id, quod D. Bonav. miratur: Domino Orbis totus negatus est Orbis? Unde Ambros. Recordare omnem vitam Salvatoris à partu Virginis usque ad patibulum Crucis, & non invenies nisi stigmata paupertatis, de qua in Threnis: *Recordare paupertatis meae.*

Sed ubi charitatem reliquimus? In hoc cognovimus charitatem Dei in nobis, quoniam ille pro nobis animam suam posuit. O charitas! Bernar. Extensione brachiorum, & membrorum ostendit, quod tantum nos diligit, quantum diligere potuit. *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.* Sept. Et posuit dilectionem robustam fortitudinis suae. Hinc ad suae charitatis ostensionem lacus voluit sibi perforari, & corpus aperiri, quasi diceret: Et quantum vos diligo, cor ipsum videte. Verbum amici ad amicū: Si pectus hoc meum tibi aperire possem, & cor ipsum ostendere, libentissimè id facerem: sed Christus id fecit, tibi que cor suum charitate vulneratum ostendit.

Et fenestras (vulnerum) obliquas in thalamis. Obliquas quia ex his lumen egreditur. In thalamis item, ut in his anima comoretur. Obliquas, Septuag. absconditas, mundi, non Christi amatoribus. Ex Hebr. pharetratus, vel pharetrantes.

Vulnera amoris, ut inquit Plato, sunt tenuissimi quidam radii, qui ex insperanza Scripturae selecta.

mo cordis spirant, & viam sibi per oculos patefaciunt. *Vulnerasti, vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculo eorum tuorum.*

Hunc tibi amorem testatus est, dum tam libenter pro te passus est. *Baptismo habeo baptizari, & quomodo cuarctor, &c. Et bajulans sibi crucem.* Nota, sibi, quasi eam nunc ad libitū, & ad vorum amplexans, ac constringens. Sic spineam coronam lacus excepit, & quasi dicebat: *Egredimini, filia Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua die desponsationis illius, & in die latitiae cordis ejus.*

Quid hinc, Fratres? *Christus passus est Bern. serm. 7. pro nobis, vobis relinquens exemplum. O omnium Sanct.* quam merito Bern. Pudeat, pudeat scari gloriā membra, quibus caput suū tam ingloriam exhibetur, non habens speciem, aut decorem: pudeat sub spinoso capite membrum fieri delicatū. Non coroner ego corona aurea, inquit, invictus ille Goffredus, ubi Servator meus coronatus est spinea. Et Elisabetha illa, Regis Vugarorum filia: Absit à me tanta impietas, ut ibi caput meum turrito fastu superemicanis coronae superbiat, ubi caput Salvatoris mei spinis coronatū acerbè pungitur. Hoc eodem animi sensu miles ille, pro quo Tertull. scripsit de corona militis, dum ceteri coram Imperatore coronati procederent, sine corona processit, nec illam unquam in capite, sed in manibus gestare voluit. Et quidem, *Clem. Alex. 2. Pedag. c. 8.* ut Clemens ait, à ratione alienum est, ut qui audiverimus, Dominum spinis fuisse coronatum, ipsi venerabili Domini passioni insultantes, habeamus capita redimita floribus, dicamusque: *Coronemus nos rosis.*

### De beneficio justificationis.

### PUNCTUM CLV.

Sed quid nasci profuit, si non redimi profuisset? Quid verò redimi profuit, si non justificari profuisset? Et redemit,

R I E

demit,

Psal. 68.  
Christi tortores ebrii.

Christi paupertas.

D. Bonav.  
D. Ambr.

Thren. 3.

1. Joan. 3.  
Et charitas.

Habac. 3.  
Sept.

Ezech. 40.

Sept.  
Hebr.

Amoris vulnera qua.

Isa. 60.

demit, & justificavit. O quoties! *Surge, & illumina te, Ierusalem, quia venit lumen, & gloria Domini super te orta est, quia ecce tenebrae operient terram, & caligo populos, super te autem orietur Dominus. In Magis, qui est caeco infidelitatis suae oriente ad fidei lumen vocati sunt, errorum nostrorum tenebras per gratiae lumen detestas agnoscimus. Eratis & vos aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. O quales! & quales tenebrae!*

Gen. 1.  
Fiat lux.  
Pagn.Aug.  
Theodor.  
Sept.  
Ephes. 5.

Ansel.

Exod. 10.

Sap. 17.

Hebr.

*Terra autem erat inanis, & vacua. Vatab. inculta, & vacua. Cum in peccato eratis, nihil culti, nihil frugiferi erat videre. Pagn. Deserta, & inanis. Nullum animam in peccato desertum horridius. August. incompota, & inordinata: omnia in ea sine ordine, sine ulla compositione. Theodotion, inane, & nihil. Sept. invisibilis, & incompota. Et tenebrae erant super faciem abyssi. O horrendum peccati chaos! Eratis, eratis aliquando tenebrae. Non solum tenebrosi, sed ipse tenebrae. Anselm. id est, obscuritas nigredinis peccatorum, & in vobis ipsis, & in aliis, pravo exemplo illos excandendo, & in errorem precipitando. Nunc autem lux in Domino. O beneficium! Terra animae sic olim inculta, deserta, incompota, invisibilis, per divinum illud verbum, fiat lux (gratiae) culta est, ordinata est, visibilis, hoc est, digna, quae videatur, effecta est.*

*Sint tenebrae super terram tam densae, ut patiari queant. Et facta sunt tenebrae horribiles in universa terra Aegypti. Nemo vidit fratrem suum, nec movit se de loco, in quo erat. O quam id verum! Quis tunc temporis fratrem suum per charitatem videbat? Quis gressum vel minimum boni operis movebat? Nemo, nemo videbat fratrem suum; nemo ad aliquid bene agendum movebatur.*

*Et ignis qui sem nulla via poterat illis lumē praeberet, nec horum limpida flamma illuminare poterat noctem illam horrendam, nec bonorum scilicet exemplorum sidera, nec correctionum lumen, nec conscientiae remorsus, nec pudor, &c. Una enim catena tenebrarum erant omnes colligati. Omnes, omnes de Saba (quod est caprivitas, sive raptus) venient.*

*Sed gratia Deo, Saba item interpretatur conversio. Unde, unde? A tenebris ad lucem. Ubique autem habitabant filii Israel, lux erat. Quis te ab hisce tenebris ad lucem filiorum Israel vocavit? Act. 22. Ibat Saulus, Hebr. infernalis, membrum illud videlicet Principis tenebrarum, tam caecus: at circumfusus me lux copiosa (expende, & quam tecum copiosa!) & decedens in terram audire vocem dicentem mihi: Saul, Saul, quid me persequeris. O quoties tu Saulo perisimilis, infernalis, in Infernum praecipit ruiturus?*

*August. Erat autem nubes magna, & tenebrosa ante oculos vanitatis meae, ita ut videre non possem Solem iustitiae, & lumen veritatis. Inolvebar in tenebris filius tenebrarum: tenebras meas amabam; quia lumen non cognoscebam. Caecus eram, & excitationem amabam, & ad tenebras ambulabam. (Dic tu: & quod inde proculdubio accidisset, ex hisce interioribus in exteriores perpetuo mansurus cucurrissem.) Quis inde me eduxit? Vbi etiam homo caecus, sedens in tenebris, & umbra mortis; quis accepit manum meam, ut inde me educeret? quis est ille, illuminator meus? Non eum quaerebam, & ipse quasi vixit me: non vocabam eum, & ipse vocavit me. Quis est ille? Tu es, Domine Deus meus, misericors, & miserator, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Tu, sancte Domine Deus meus, quem confiteor toto corde meo gratias agens nomini tuo. Non te quaerebam, tu me quasi vixisti: non te invocabam, tu me vocasti. Vocasti enim me nomine tuo. Inronasti desuper voce grandi interiore aurem cordis mei: fiat lux, & facta est lux: & discessit nubes magna, & liquefacta est pulvis tenebrosus, quae operuerat oculos meos, & vidi lucem tuam, & cognovi vocem tuam, & dixi: Vere, Domine, tu es Deus meus, qui eduxisti me de tenebris, & umbra mortis, & vocasti me in admirabile lumen tuum, & ecce video. Gratias tibi, illuminator meus: & conversus sum, & vidi tenebras, in quibus fueram; & abyssum tenebrosam, in qua iacueram, & contemni, & expavi, & dixi: Vae, vae tene-*

Act. 26.

Act. 22.  
Hebr.

D. Aug. S. 6. 33.

tenebris meis, in quibus jacui. Væ, væ A cecitati illi, in qua videre non poteram lumen cali. Væ, væ præteritæ ignorantia, quando non cognoscebam te, Domine. Gratiâ tibi ago, illuminator, & liberator meus, quoniam illuminasti me, & cognovi te. Serò te cognovi, veritas antiqua: serò te cognovi, veritas æterna: tu eras in lumine, & ego in tenebris, & non cognoscebam te; quia illuminati non poteram sine te, & non est lux extra te.

O beneficium! Erat Petrus in illo obscuro carcere vincus catenis duabus: Et ecce Angelus Domini astuit, & lumen refulsit in habitu sculo carceris, percussit, latero Petri, excitavit eum dicens: Surge velociter, quia cecidisti catena de manibus tuis. Cujusque nostrum statum exprimebat, Eramus quondam passionum nostrarum catena colligati, Angelus gratiâ mentis carcerem illustravit, catenas exolvit, inspirationibus latus percussit. Sic Ferretius.

O beneficium! Tales id certe, ut dicam, qua quis peccato relicto novam vivendi rationem instituit, & ad suscipiendam gratiâ divinâ se gratiâ preparavit, aureo lapillo conscribere, notareque debeat: Tali die, Deo dante, penitentiam agere cœpi: tali die peccati jugum fregi, & excussi: è servitute Diaboli (ut juvat credere) ad Dei amicitiam transatus, liberatus à morte, ereptus ab Inferis, à culpa ad gratiam receptus. August.

Perieram, obieram, in peccatis venundatus erâ: venisti pro me, ut redimeres me, & tali pacto, & tam caro pretio reduxisti me de exilio, redimisti me de servitio, retraxisti me de supplicio, vocasti me nomine tuo, signasti me sanguine tuo, ut memoriale tuum semper esset apud me, & nunquam recederet à corde meo, qui pro me non recessisti à Cruce. Vixisti me oleo tuo, quo tu unctus fuisti, ut à te Christo dicerer Christianus, en in manibus tuis descripsisti me. (Ita. Ecce in manibus meis descripsisti te. Alii: Supra nubes ordinavi te. Ambros. Depinxisti te. Pagnin. Insculpsisti te) ut semper sit memoria mea apud te, si tamè memoria tua jugiter fuerit apud me.

Hanc jugem memoriâ poposcit Deus à filiis Israël, ubi primum eduxit illos ab Ægypto. Mensis iste, inquit, vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni, Tollat unusquisque agnam, &c. Nox est ista observabilis Domini. Memento diei hujus, in qua egressi estis de Ægypto, & de domo servitutis. Celebrabitis hunc morem sacrorum mense isto. Narrabisq, filio tuo in die illo dicens: Hoc est, quod fecit mihi Dominus, quando egressus sum de Ægypto. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos, & ut lex Domini semper sit in ore tuo, in manu enim forti eluxit te Dominus de Ægypto. q. d. Reminiscere tenebrarum illarum, quibus tanto tempore obvolutus sub tyrannide Pharaonis miserè serviebas. Reminiscere, quam forti manu indignisti, ut à cæca tuorum peccatorum, ac passionum Ægypto extraheris. Væ tenebris meis, plorabat August. væ tenebris meis: & benedicta nox, in qua nato Domino in anima mea diem vidi. Dies sanctificatus illuxit nobis. Et nox illuminatio mea in deliciis meis. Nox ista memorabilis Domini.

Quam gratus, memorque David! Titulus Psalmi 37. Domine, ne in furore tuo arguas me. Hebræis est: Ad rememorandum, vel in rememoratione diei Sabbati. Vbi Basiliius notat, hunc Psalmum à Davide compositum ad rememorandum diem illum, in quo peccata ei fuerunt dimissa, eumque Sabbatum vocare, ut præsertim Sabbatorum diebus in gratiarum actionem, tantique beneficii memoriam illum coram Domino decantaret.

Hanc eandem memoriâ exigebat Sponsus: Sub arbore malo suscitavi te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Quamobrem in talis, tantique beneficii memoriâ: Pone me, ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. Dies ergo memorandus, locus, tempus, &c. Hora septima reliquit eum febris (luxuriæ, superbiæ, iræ) tali tempore, ea occasione, tali concione, &c.

Vbi populus Israëliticus per arenam Iordanis alveum transivit: Vocavit Iosue Rrr 2

Ad. 12.

3. Vms. Ferr. form. de D. Pur. in Vinc.

D. Aug. Sol. 4. 13.

Isa. 49. Alii. Ambros. Pagnin.

Exod. 12.

Exod. 13.

Pf. 37.

Hebr.

D. Basil. it.

Cant. 8.

Ioan. 4.

D. Ambros.

Ios. 4.

duodecim viros, & ait ad eos: Ite ante Arcam Domini Dei vestri ad Iordanis medium, & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerum filiorum Israël. Et quando interrogaverint vos filii vestri, dicentes: Quid sibi volunt isti lapides? respondebitis eis: Defecerunt aquae Iordanis ante Arcam foederis Domini, cum transiret eum, idcirco positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israël usque in aeternum. Ita, ita, Frater, si quando coepisti ascendere, & non amplius descendere (quod est transisse Iordanem) si quando exciceato carnalium delectationum flumine, relictaque caeca Aegypto, verè ad promissam terram properare coepisti, erige lapides perennis, indelebilibusque memoriae, talis, tantique accepti beneficii, nec ullo unquam tempore excidat memoria. Id quod curavit Iosue, ut haberetur infra: Tulit lapidem pergrandem (ex illis, qui ab alveo Iordanis fuerant desumpti) posuitque illum subter quercum (aut terebinthum) quae erat in Sanctuario Domini, vel prout ex Hebr. legit Lyran. Subter limen, quod erat in Sanctuario Domini, quo, sic dixerim, tanti beneficii reminisci cogerentur; dum neque ingredi, neque egredi è templo possent sine eiusdem memoria.

Ios. 24. Alii.

Lyr.

4. Reg. 5.

Ioan. 4.

Post acceptum illud beneficium curata lepra, restitutaque carnis ad instar pueri, Naaman dixit ad Eliseum: Obsecro, concede mihi servo tuo, ut tollam onus duorum burdonum de terra. Ad quid terram hanc efflagitavit? Hugo Cardin. ut altare construeret, super quod insolaret Domino, uade & subdit: Non enim facies ultra servus tuus holocaustum, aut victimam Dñs alienis, nisi Domino. Quam timebat, ne obvisceretur, neve ob acceptum iam beneficium ingratus existeret? Quasi sacra reliquiae loco servanda est terra, in qua aliquod in te divinum collatum est beneficium. Memorabilis locus, in quo consequutus es gratiam.

Mirum, quanta cum diligentia noter Evangelista putei illius circumstantias. Venit Iesus in civitatem Samariae, quae dicitur Sichar, iuxta pradium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob: Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra

fontem, hora autem erat quasi sexta, &c. Quodlibet verbum, circumstantia est, ut nimirum sempiternae memoriae acceptum hoc beneficium Samaritana commendaret, semperque remisceretur, illud se tali loco, tali hora, tali occasione, cum Dominus sederet sic supra fontem, accepisse, &c.

Ego autem vivebam sine lege aliquando, non alia lege, quam lege passionum, qua lege membrorum, mei, Dei que oblitus, sine lege periturus, sine lege damnandus. Sed quid? Emisit lucem suam, qua periculosissimum statum viderem, pessimamque libertatem relinquerem, ac suae sanctissimae legi libenter colla submitterem.

Rom. 7.

Eruisti animam meam ex Inferno inferiori, (cui per peccatum iam eram mancipatus, jureque debitus.) O beneficii! Eduxisti ab Inferno animam meam. Alii: Extraxisti ab Inferno animam meam. Bernard. Septem in me video misericordias Domini, quas & vos ipsi credo facile inveniatis in vobis. Prima est, quod à multis peccatis adhuc in saeculo, positum custodivit. Quis enim non videat, quod sit ut in multa cecidi, si. & in alia poteram cecidisse peccata, nisi omnipotentis pietas conservasset? Fateor, & fatebor, nisi quia Dominus adjuvit me, paulominus cecidisset in omne peccatum anima mea. Et haec quanta dignatio pietatis, quod ingratus, & parvipotentem sic gratia conservabat? quod in multis contrarium, & contumementem nihilominus ab aliis benignissimè protegebat?

Pf. 85.

Pf. 29. Alii.

D. Ber. ser. 2. in Evang. sept. panum. Misericordia Dei in homine septemplex.

Prima, servasse à peccatis.

At secunda miseratio tua super me, Domine, quoniam poterit explicari sermone, quam benigna, quam liberalis, quamque gratuita fuerit? Ego peccabam, & tu dissimulabas: non continebam à sceleribus, & tu à verbis abtinebas. (Job 10. Si peccavi, & ad horam pepercisti mihi. Alii: Etiam si peccaveram, tu solus visitasti me.) Prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam; & tu, Domine, pietatem tuam. Sed, quid prodesset expectatio, nisi sequeretur poenitudo? Cumulus esset damnationis, dicente Domino: Haec fecisti, & tacuit. Tertia proinde miseratio fuit, quod visitavit cor meum, & immutavit, ut amara fierent, quae male dulcia

Secunda, dissimulasse peccata.

Job. 10.

Tertia, immutasse cor ad poenitentiam.

aulia prius erant : qui lætabar , cùm A male facerem , & exultabam in rebus peccatis , inciperem demùm recogitare ei bonos meos in amaritudine animæ meæ. Et nunc , Domine , commovisti terram cornu mei , & conturbasti eam : sana contritionis ejus , quia commota est Multi n. pœnitentia ducti sunt , sed instructio-

Quarta, pœnitentem misericorditer suscepisse. Ps. 31.

Quinta, continendi, & abstinendi decessit virtutem.

Sexta, indulgisse munus bonæ conversationis. Ps. 37.

Septima, contempsisse spem expectandæ celestia.

S. Prosp. l. 2. de voc. gent. c. 26. Iustificatio quomodo perficitur.

ta est, sicut & prior culpa. Itaque & hæc misericordia quarta fuit, quod pœnitentem B misericorditer suscepisti, ut in eorum numero inveniret, quibus Psalmista: Beati, inquit, quorum remissa sunt iniquitates. Sequitur misericordia quinta, per quam mihi continendi deinceps, & emendatius vivendi præstitisti virtutē, ne reciduum pateret, & esset novissimus error pejor prior. Omnino enim manifeste tua est, (Domine Deus,) & non humanæ virtutis, susceptum semel peccati jugum à cervicibus excutere: quoniam omnis, Qui facit peccatum, servus est peccati; nec est liberari, nisi in manu forti.

Iam verò postquam in his quinque miserationibus à malo liberaveris, ut fiat, quod scriptum est: Declina à malo, & fac bonum. in duabus aliis bona largiris. Hæc duæ sunt, Gratia promerendi; quia, videlicet, munus bonæ conversationis indulges; & spes obtinendi, qua donas homini indigno peccatori de tua toties expecta bonitate usque ad cælestia præsumere. Hucusque Bern.

Qualiter autem hæc peccatoris iustificatio fiat, quove modis soleat accidere, dicit compendio Prosper Aquitanicus: Gratia Dei, inquit, omnibus iustificationibus priorè ipsaliter præminet. suadendo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consiliū, cor ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo & paulò post. Agit hoc occulta, & potens Dei gratia, quæ dimotis terrenarum opinionum, & operum moruorum favillis, toriem obruti cordis exagitat, & desiderio veritatis inflammæ, non ut invitum hominem subigat, sed ut subjectionis cupidum faciat, nec ut ignorantem trahat, sed ut intelli-

gentem, sequentemque præcedat. O suavitatem divinæ vocationis! Hinc in Isai. Isa. 45. Labor Egypti, & negotiatio Æthiopia, & Saboim, viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt. Post te ambulabunt, vincit manibus pergent, & te adorabunt, teq; deprecabuntur, &c.

Annon talis Saulus à mundi ad Dei A. 9. partem translatus! Verè, verè vir sublimis contra Deum erectus, Spirans minarum, & cæcus, cæcus, & miser: sed statim ac circumfulsit eum lux de cælo, cecideruntque squamæ ex oculis ejus, ut vinculus manicis perrexit in obsequium Creatoris! Domine, quid me vis facere?

Annon talis Magdalena, Negotiatio Æthiopia? sed ut cognovit, Christo mor dedit manus: Christum ancilla sequuta est. O charam lucem! Augustinus: Non te quærebam. Domine, tu me quæstisti: non te invocabam, tu me vocasti, vocasti enim me nomine tuo: in tonasti desuper voce grandi in interiorem aurem cordis mei. Fiat lux, & facta est lux; & discessit nubes magna, & nox illa tenebrarum, & ecce video.

D. Aug. Sol. c. 33.

Esce gentem, quam nesciebas, vocabis, & gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current. Is. 55. propter Dominum Deum tuum.

Sic, sic agendum. Ut filii lucis ambulate, Ephes. 5. fructus enim lucis est in omni bonitate, vel Græc. benignitate, sive beneficentia, & iustitia, & veritate. Omnes vos filii lucis estis, non sumus noctis, neque tenebrarum. Igitur non dormiamus, sicut & ceteri, sed vigilemus, & sobrii simus, sicut in die honestè ambulemus, non in comessionibus, ut olim in Ægypto super ollas carnum, ne iterum Ægyptiacis, aut densioribus tenebris involvamus. Ambulate, dum lucem habetis, ut, &c. August. Va, vix cæcis oculis, &c. c. 14.

De gratiarum actionum debito, & gratitudine, & ingratitudine.

PUNCTVM CLVI.

Bernard. de quadruplici debito: Vis scire, quæ, & quibus debeas? Primò Christo quibus debes.



*Christo se,  
suaq; omnia  
debet.*

*Præteritis pec-  
catis peniten-  
tiam debet.*

*Psal. 42.*

*Pro calo pa-  
rando se totum  
offerre debet.*

Christo Iesu debes omnem vitam tuam: A quia ipse vitam suam posuit pro vita tua, & cruciatus amarus sustinuit, ne tu perpetuos sustineres. Non habeo nisi minuta duo, ista minutissima, corpus, & animā, vel potius unum minurum, voluntatem meam, & non dabo illam ad voluntatem illius, qui tantus tantillum tantis beneficiis prævenit, qui toto se totum me comparavit?

Sed nunquid huic soli debitor sum, cui B vix parum aliquid retribuere possum? Exigunt à me præterita peccata mea futuram vitam meā, ut faciam fructus dignos poenitentiae, & recogitem omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et ad hæc quis idoneus? *Peccavi super numerum arena maris, & multiplicata sunt peccata mea, & non sum dignus videre altitudinem cali præ multitudinem iniquitatis meæ, quoniam irritavi iram tuam, & malum coram te feci.* Quod ergo sine numero, quomodo numerabo? quomodo satisfaciam, cum cogar reddere debitum usq; ad novissimum quadrantem? Paulo ante vitam tuam pro vita sua Christo reddideras, & nunc iterum eam totam præcedentium exigit recordatio peccatorum.

Quid si tertium tibi debitorem ostendā, qui non minus acriter, quam veraciter vindex eā sibi? Puto quidd & tu possidere desideras civitatem, de qua dicitur: *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.* Gloriam istā quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, regnū omnium sæculorum, vivere in æternum, in perpetuas hereditates. Credo, quod velis esse æqualis Angelis Dei in celo, esse etiam hæres Dei, coheres Christi, & in plateis supernæ Sion melos angelicum nuscultare, & videre, quicquid illud sit, B cum Christus tradiderit regnum DEO Patri, & erit Deus omnia in omnibus, postremo esse similis Deo, & videre eū, sicuti est. Nonne ad hoc emendum totum te, & quæcunque, & undecunque contrahere poteris, dare oportebit? Et cum universa compleveris, non tamen putes esse condignas passionem huius temporis, vel corporis, ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. An sic

impudens es, vel imprudens, ut minutū tuum, quod sibi tam Christi vita, quam peccati poenitentia certatim rapiunt, etiā ad hoc cōquendū vel audeas numerare?

Quid dices, si & quartum debitorem in medium adduxero, qui sibi etiam iure primatus sui superiores tres cedere velit? Ecce in januis est, qui fecit caelum, & terram; & Creator tuus est, tu creatura: tu servus, ille dominus: ille singulus, tu figmentum. Totum ergo, quod es, illi debes, à quo totum habes, illi præcipue Domino, qui & te fecit, & beneficiis tibi: qui tibi ministrat syderum cursus, aëris temperiem, fecunditatem terræ, fructuum ubertatem. Huic reverentia totis medullis, totis viribus servendum, ne forte indignationis oculo te respiciat, & despiciat, & conterat in æternum, & in sæculum sæculi. Non arbitrator autem, quodd te tanta raptet infantia, ut & hic minutum tuum nominare, nedum numerare præsumas. Expone ergo mihi cui horum quatuor proponas reddere, quod debes: cum unusquisq; tam internus, quam æternus exactor sit, ut te possit singulariter suffocare. *Eia Domine vim patior, responde pro me.* In manus tuas commendo minutum meū, tu perolve omnibus, tu ab omnibus libera, quia tu es Deus, & non homo; & quod hominibus impossibile est, possibile est tibi. Quod habui, & feci. Domine, *Habe me excusatum: quin imperfectum meum viderunt oculi tui.* Quis ergo amplius grunniet dicens: Nimiū laboramus, nimiū jejunamus, nimiū vigilamus: cum nec millefimæ, immo nec minimæ parti debitorum suorum valeat respondere?

Quid retribuam, quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? O quam verè sponsa! *Ordinavit in me charitatem, Cant. 2.* vel ut alius legit: *Imposuit mihi debitum amoris, aut potius debita, eaque innuere- ra amoris.*

O quam ingentia hæc sunt! Noverat Ioseph, qui quondam sollicitatus à domina, respondit: *Et quomodo possum hoc malum facere? Quidni juvenis sanguineus?* Ah, tot, tantisque constructus beneficiis non possum. *Quid, quid? Tu super domum*

*Et creatori se  
totum debet.*

*Ps. 115.*

*Gen. 31.*

*Beneficia sunt furta, quia cor rapunt.*  
 mum cæli, quasi dixerim, & terræ con-  
 stitutus peccare poteris? Deum non  
 amabis? Beneficia sunt furta, quæ corda  
 rapiunt. Ille quodam accepto munere  
 ab Achilao: Furtum, inquit, Agestilai est.  
 Quid? mundus furtum est? Ita planè,  
 quod corda rapiat.

*Xenoph. l. 3. de reb. Cyr.*  
 Ut sponsa illius, Authore Xenophon-  
 te, cor subripuit collarum illud sponsi  
 adductus, & quid is persolveret, si sponsa  
 libertate donaretur, interrogatus, capti-  
 vas non nisi vitam sese exorturum res-  
 ppondit. Tum cū sponsa dimissus, data  
 postea Cyri magnificentia, liberalitatem,  
 splendorem summis efferreret laudibus,  
 quidque illa tunc temporis audisset, vi-  
 disseque, de quo magis mirata esset, in-  
 terrogaret: Nunquam, inquit, dimovi  
 oculos ab eo, qui dixit, pretio animæ suæ  
 me redempturum. Quid si id non so-  
 lum dixisset, sed etiam re ipsa fecisset? O  
 quam magis tenerim nos oculos figere,  
 nec eos unquam dimovere ab eo, qui &  
 dixit se redempturum, & re ipsa rede-  
 mit?

*Grates esse Christus docuit.*  
 Idque nos docere voluit Salvator, dum  
 tonies oculos elevavit, dumque tam sepe  
 gratias egit, ut scilicet gratiarum actio-  
 nes nos doceret. O quot! & quanta ac-  
 cipimus de manu Domini beneficia; nec  
 gratias agimus! Terræ fruges colligi-  
 mus, cast. que domum inferimus, nec  
 saltem dicimus: Domine, gratias ago.

*Olea 13.*  
 Olea 13. iuxta pascua adimpleri sunt, &  
 saturati sunt, & elevarunt cor suum, &  
 oblii sunt mei.

*Luca 2.*  
 Luca 2. Qui il faciam, quia nescio, quod  
 congregem fructus meos? Meos? Quis de-  
 dit? Ingrate, en ut reperitur, quod tuum  
 non est. O quot hac stulticia, & ingrati  
 animi vitio laborans, qui a Deo pasci pa-  
 bulum quidem accipiunt, sed unde id  
 veniat, non considerant!

*Olea 13.*  
 Olea 13. Ego Dominus Deus tuus ex ter-  
 ra Egypti. Improperat populo beneficia,  
 & ex diuturnitate, ac antiquitate ingra-  
 titudinem obicit: Ego Dominus Deus  
 tuus ex terra Egypti, ac si diceret: Non ab  
 heri, aut audierunt, sed jam pridem  
 multis te beneficiis cumulavi. Ex terra

*A* Egypti; ex quo scilicet sub Pharaone mi-  
 ferè serviebas, ex quo te in brachio ex-  
 tento eduxi de Egypto peccati, teque  
 manna Sacramentorum pavi, totque be-  
 neficiis, tot gratis, tot favoribus sum  
 profecutus: Ex terra Egypti, ex quo te ab  
 illa tribulatione liberavi, semperque no-  
 vis gratis, ac beneficiis me Deum tuum  
 ostendi: Et oblitus es me?

*B* Seneca: Aratores Egypti non respi-  
 ciunt cælum, quod enim aliis nationibus  
 præstat cælum, hoc Nilus præstat Egy-  
 ptis. O quot, & quot aratores Egypti,  
 qui cælum, unde tot pluvie gratiæ, non  
 respiciunt, nec oculos sursum, unde  
 omne bonum descendit, attollunt!

*C* Terra (inquit Deus ad populum Israël)  
 ad quam ingredieris possidendam, non est sicut  
 terra Egypti, ubi iacto semine in hortorum  
 morem aqua ducuntur irrigua, sed de celo ex-  
 pectans pluvias.

*D* De manibus Sponsi anima illa pergra-  
 ta. Manus ejus, inquit, tornatiles aureæ.  
 Hebr. Manus ejus orbes aurei, Cæli, unde  
 cataractis apertis tot, tantaque velut di-  
 luvio descendunt gratiæ. Sed tu, ingra-  
 te, tuas astringas divitias ex Nilo terrenæ  
 tui laboris, industriæ, ac prudentiæ. Ah!  
 ah! respice cælum, unde omne bonum, &  
 omne donum perfectum. Orbes aurei.

*E* Domine, qui pascis me à juvenute mea  
 (ex terra Egypti) In te confirmatus sum ex  
 utero, de ventre matris meæ tu es protector  
 meus: repleatur (ideò) os meum laude, ut  
 cantem gloriam tuam, &c.

*F* Sancti ut divinorum beneficiorum  
 sunt memores! Venite, audite, & narra-  
 bo, omnes, qui timetis Deum, quanta fecit ani-  
 ma mea. Eia dic: Ad ipsum ore meo clama-  
 vi sub lingua mea. Istud est beneficia nar-  
 rare? Ita presus, inenarrabilia sunt, sed  
 saltem ad ipsum ore meo clamavi, & exul-  
 tavi, &c.

*G* Ut gratus Jacob! Cùm frater ejus,  
 Esau, parvulos illius vidisset, quasi scet-  
 que, cuius essent. Parvuli sunt, inquit,  
 quos donavit mihi Dominus. Bonorum de-  
 inde suorum partem illi offerens, ait: Ac-  
 cipe benedictionem, quam donavit mihi Dominus  
 tribuens omnia. Ut cuncta in Deum om-  
 nium datorem referebat! Sed Esau ut  
 ingratus!

*Ingratitudo rusticorum.*

*Deut. 32.*

*Cant. 5. Hebr.*

*Psal. 70.*

*Psal. 65. Gratiitudo Davidis.*

*Gen. 33.*

*Et S. Jacob.*



Gratitudo  
Abraba.

Gen. 13.  
Chryf. hom.  
34. in Gen.

Et Iosua.

Ios. 4.

D. Amb. l. 2.  
de Noë, &  
arca, c. 6.  
Et sancti Noë.

Et beati Ioseph.  
Gen. 4.  
Gen. 5.  
Gen. 21.

ingratus! ut Deo nihil adscribit! *Habeo*, A  
inquit, plurima, tua tibi sunt. Hunc eun-  
dem pergrati animi affectum Iacob non  
solum verbis, sed etiam lapidibus, ac  
marmoribus testatum voluit: statim  
enim ac à Deo aliquod accipiebat benefi-  
cium, lapidem, sive altare erigebat, quasi  
in marmore illud ad perpetuam memo-  
riam conscribere vellet. Quod notat  
Chrysof. de Abraham. Vidisti, inquit,  
mentem gratam? quia mox ut taberna-  
culum fixit, statim pro facta sibi pro-  
missione gratiarum actiones obtulit Do-  
mino, & in singulis locis, ubi tabernacu-  
lum fixit, invenies hoc præ omnibus ei  
fuisse curæ, ut extructo altari, preces of-  
ferret, & gratias ageret, ut & sic Domi-  
num suum provocaret ad suas promissio-  
nes implendas.

Et hoc sibi fortasse voluit Iosue, dum  
duodecim illos durissimos lapides à cu-  
jusque Tribus viris erigi mandavit. *Tol-* C  
*lant*, inquit, *duodecim lapides*, non quos-  
cunque, sed *durissimos* ut videlicet talis,  
tantique beneficii memoria quasi in mar-  
more sculpta nulla unquam oblivione  
deleteretur. Huc facit, quod pulchre ani-  
madvertit Ambrosius, Patriarcham Noë  
cætera omnia ex Dei præscripto fecisse,  
solum autem oblationem, altarisque ere-  
ctionem ex gratitudine. Intellexit nimirum, ut ait Ambrosius, eam veram gratia-  
rum actionem esse, quæ non jubetur, sed  
defertur: Qui enim debitum gratiæ, ut  
à se exigatur, expectat, ingratus est. Ut  
igitur ex arca egressus est, utque se inco-  
lumem vidit cum tota creaturarum fa-  
milia, altare extruxit, hostias immolavit,  
odoratusque est Dominus odorem sua-  
vitatæ. Vbi Chryf. Vide gratitudinem  
justi, ædificavit altare, obtulit, suæ vo-  
luntatis gratitudinem Domino ostendit,  
Deus approbans voluntatem coronavit.  
*Odoratusque Dominus odorem suavitatis.*

Id quod Sancti adeo intellexerunt, ut  
vel propriis filiorum nominibus accepta  
à Deo munera declararint, *Possedi hominè*  
*per Deum, Iste consolabitur nos. Risum fecit*  
*mibi Deus* (quæ erant propria filiorum  
nomina.) Hinc Ioseph, cum ad totius  
Ægypti regnum euectus esset, pergrato

animo, inquit: *Dei voluntate huc missus* Gen. 45.  
*sum, qui fecit me quasi prævem Pharaonis, &*  
*dominum univere se domus ejus, ac Principem*  
*in omni terra Ægypti.* Quin duobus ibi-  
dem susceptis liberis, *Vocavit nomen pri-*  
*mogeniti Manasses, dicens: Oblivisci me fecit*  
*Deus omnium laborum meorum.* Nomen  
quoque secundi appellavit Ephraim, dicens:  
*Crevere me fecit Deus in terra pauperitatis*  
*meæ.* En ut Pharaoni, aut sorti dignita-  
tem non ascribit? An ut Deo acceptam  
refert? An ut propriis filiorum nomi-  
nibus accepta à Deo beneficia declaravit?  
O insignem beneficiorum agnitionem!  
non enim ei satis visum est, Deo ob ac-  
cepta beneficia, & pericula depulsi, immen-  
sas gratias agere, verum etiam propria fi-  
liis nomina, quibus beneficiorum agni-  
tudo designaretur, imposuit, ut hoc pacto  
horum in animo suo promprior adesset  
memoria, ipsique filii suis ipsis nomi-  
nibus ad gratias toto vitæ tempore ob be-  
neficia Patri collata agendas, non secus  
ac pater excitarentur.

Noverant nimirum, Deum non solum  
hujusmodi beneficiorum memoria dele-  
ctari, verum etiam valde ab unoquoque  
eam exigere. Hinc in Genes. ubi toties  
dicitur Deus Creator, datorque omnium,  
Hebr. simul dicitur Iudex, & justus, *Elo-*  
*him, Dii, vel Iudices, ab El, quod est for-*  
*tis, & ala, id est. adjuravit, obligavit, ad-*  
*strinxit; quasi Deus suam potentiam, vir-*  
*tutem, bonaque omnia largiatur, ut per*  
*ea sibi hominem, seu juramento, ad sui*  
*cultum, obedientiam, timorem, fidem,*  
*spem, invocationem, gratitudinemque*  
*obstringat.* Vbi ad rem notandum, quod  
ubi potius videbatur Deus misericors, ac  
liberalis dicendus, dicitur justus: quo  
clare intelligas, pro certo fore, ut reum  
omnium quas tibi creavit, exigat ratio-  
nem. *Osæ 9. Audi: Va eis, cum recessero*  
*ab eis. Alii: Va eis, cum incarnatus fuero.* *Osæ 9.*

Quid? nonne insignis istud est benefi-  
cium? Ita prorsus: sed vix eis, nisi grati  
extiterint. *Isa. 19. Onus Ægypti, ecce Do-*  
*minus ascendit super nubem levem, &c.* Ad  
literam de beneficio Incarnationis est  
sermo. Sed cur non favor Ægypti? quia  
ingens erat onus gratiarum.

Quærit

D. Chrysof. hom. in Act. Ap. Spiritus S. cur in Aposto- las cum tur- bine venit.

Quærit Chryf. cur Spiritus S., qui est A fons omnium donorum, ac beneficiorū, missus fit in Apostolos præmissis turbine? Respondet. Ad commune faciendum iudicium: cum enim donum accipimus, mox instat iudicium, quo appareat, an eo rectè uti simus.

Beneficio iudi- cium proximi. Gen. 3. Luc. 17. Bern.

Quam citò creaturarum omnium rerum ab Adam exegit rationem? Adam, ubi es? quasi dixerit: Gratias non agis? tot jam beneficiorum oblitus?

Et novem ubi sunt? non est inventus, qui B rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alieni- gena. Bernard. in serm. contra pessimum vitium ingrati- tudinis, optimè, ut solet: Meministis, credo, verba Salvatoris hæc esse, novem illorum arguentis ingrati- tudinè. Benè quidem orasse, & postulasse leguntur, qui levaverunt vocem dicen- tes: Iesu præceptor, misereve nostri; sed de- fecit eis quarta, quam adiecit Apost. gratiarum actio, quando nec redierunt, nec egerunt gratias Deo. Multos quoque C videmus usque hodie satis importunè petentes, quod sibi deesse cognoverint: sed paucos admodum novimus, qui dignas super acceptis beneficiis gratias agere videantur. Fortè hoc etiam clementia esse videtur, ingratias negare, quod postulant: ne contingat nobis, ut tantò gravius de ingrati- tudine iudice- mur, quantò magis ac cumulatis benefi- ciis ingrati probabimur extitisse. Felix Samaritanus, qui cognovit se nihil habe- re, quod non accepisset, idcirco servavit depositum, & cū gratiarum actione ad Dominum est reversus. Felix, qui ad singula dona gratiæ redit ad eum, qui est plenitudo omnium gratiarum, cui dum nos pro acceptis non ingratos exhibe- mus, locum in nobis facimus gratiæ, ut E maiore adhuc accipere mereamur. Om- ninò enim sola nos à profectu conversa- tionis impedit ingrati- tudo nostra: dum quodammodo amissum reputans dator, quod ingratus accepit, cavet sibi de cæ- tero, ne tantò plura amitteret, quantò plura conferret ingrato. Felix proinde, qui se alienigenam reputans, etiam pro quibusque minimis beneficiis non mini-

Speranza Scriptura selecta.

mas refert gratias, gratuitum esse non dubitans, neque dissimulans, quod alieno impenditur, & ignoro.

Ex defectu gratiarum actionum pe- Ingratitudo parès penuria, & infirmita- tum. nuria, infirmitates, &c. Dat nobis Deus rerum abundantia: sed quia ipsi accepta non referimus, immitit penuriam, qua cognoscamus abundantiam à Deo esse. Dat sanitatem: sed quia utimur ea quasi debito naturæ dono, infirmitatem imitit, & tunc sanitatem donum Dei esse sentimus, &c.

De Ezechia Hier. Tradunt Hebræi, D. Hier. in ided ægrotasse Ezechiam, quoniam post c. 38. Is. in- inauditam victoriam Iudæorum, & Assy- Ezechia ex in- rii Regis interitum, non cecinerit laudes gratitu dine Domini, quas cecinit Moyses, Pharaone venit morbus. submerso, & Debbora, interfecto Sifara, & Anna, genito Samuele.

O quam displicet Deo ingrati animi vitium! In Matthæo: Serve nequam, om- ne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo, &c. Vbi Chrysof. cum debet ei decem millia talenta, non vocat eum servum nequæ, neque convitiatur (quod nunquam aliàs, ant perquam rarò in fa- ciem fecisse legimus) sed cum ingratus extitit.

Matth. 18. Ingratitudo Deo perosa.

Et nunc intelligo, ni fallor, illum Psal- mi locum: Cum Sancto Sanctus eris, & cum perverso perverteris; quod alii legunt: Cum liberali liberalis eris, & cum ingrato ingratus eris. Talis etiam Deus erga unum- quenque existit, talem que se unicuique exhibet, qualis ipse erga eum fuerit, qua- lem que se erga eum ostenderit, cū libe- ralibus liberaliter agit, & cum illiberali- bus illiberaliter, hoc est, strictè ac parcè. O vitium nostrum, quod liberales, pro- digas que illas Dei manus constringit, ac ligat? Ingratitudo, inquit Bern. excicat fontem divinæ pietatis. Et gratiarum cessat decursus, ubi non fuerit recursus. Sed ubi hic fuerit, quis gratiarum abun- dantiam valeat explicare? Moyses, qui gratissimus extitit, ut affluentiam solus Ex. 17. ambabus elevatis manibus excipere non valebat? Deus etenim ad eum in suas effundebar gratias, ut quò eas exciperet, ab aliis sustentari manus illius oporteret.

Psal. 17. Agell. Titelm.

Ex. 17.

§§§

est

Ingratias petita negare, cle- mentia est.

Ingratitudo profectum con- versationis impedit.

est nanque veluti quædam æmulatio inter Deum, ac hominem gratum, quem Deus tamen sua semper liberalitate vincit, qui majora, pluraque retribuit, quam illi unquam tribuamus, quod dixit David: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Vbi August. ponderat non dicere, tribuit, sed, retribuit, &c.

Ingratitudo siccat fontem gratiarum. Ps. 34.

Sed heu, nos adeo ingrati sumus, ut quoad nos divinum illum pietatis fontem exsiccemus, &c. *Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem anima mea.* Gratiarum enim actio est veluti quædam irrigatio: hæc ubi deest, planta fit sterilis. Unde, quæso te, multo abhinc tempore res tuæ in transversum abeunt? Filii moriuntur, &c. quia divinarum gratiarum plantam sterilem reddidisti. Sic modò spiritum illum non sentis, gustum Dei non habes, quoniam ingratus es: sanitatem, divitias amisisti, quia sterilem (ut hoc verbo utar) ingrati animi vitio Deum fecisti. O vitium! ô vitium!

Osee 2.

Theod.

Beneficiis Dei ad illius injuriam abutimur ingrati.

Seneca: Ingratus est, qui beneficia non reddit, qui dissimulat, qui deoegat: ingratus, qui oblitus est. Superlativo adde, qui insimmet beneficiis benefactorem ostendit, de quo Osee 2. *Et argentum multiplicavi ei, & aurum, quæ fecerunt Baal.* Vbi Theod. Quæ à Deo dona Israël acceperat, eadem Dei hostibus detulit. Annon plerique hodie ingratiissimi sunt, qui ipsis contra benefactorem pugnant beneficiis? Ille bonum à DEO ingenium sortitus est, ut eo bene utatur, sed quid? abutitur in potestibus, ac inepiis, &c. Divitias, sanitatem habet: sed his utitur, vel potius abutitur in Dei offensam. Quid miraris, si in poenam ingratitudeinis Deus aufert divitias, &c. *Idcirco (subdit Deus) convortar, & sumam frumentum meum, & vinum meum, &c.*

Isa. 7.

Alii.

Ingrati viliores brutis.

O ingratum ipsis irrationabilibus jumentis irrationabiliorem! *Cognovit bos possessorem suum; Alii, Emptorem suum. Israël autem non cognovit, & populus non intellexit.* Mixum! Emit ille bovem, parum fœni

illi præbet, statim bos emptorem agnoscit, exiguique illius beneficii fune ligatus sequitur eum: ingratus verò tot beneficiorum funibus constructus Deum benefactorem non agnoscit, non sequitur: *Hæcine reddis Domino, popule stulte, & insipiens?* Hebr. *Popule stulte, & vilis?* Jumentorum epitheta. Ut ingratus veluti jumentum recalcitrat! *Incrassatus, impinguatus, dilatatus* tot undique beneficiis, recalcitravit.

Deut. 32. Hebr.

Annon tale jumentum Iudas, qui contra magistrum, à quo tot, tantaque acceperat beneficia, calcaneum elevavit? *Ioan. 13. Quis manducat meum panem, levabit contra me calcaneum suum.* O vilissimum jumentum!

Iudas ingratus. bestia. Ioan. 13.

Et idcirco ingratus non nisi asini sepulchrum meretur. De Ioa illo dicitur, quòd sepelierunt eum quidem, sed non in sepulchro Regum. Hugo Card. & meretur. Glosa, ut ingratus in Ioiadam, ejus non est recordatus, quòd sibi fecisset bona. Ex Paralip. jam nostis historiam.

2 Paralip. 24. Ingratus asini sepulchrum. Hug. Card. Glosa.

Sed quid dco, ingratum jumentum esse? Deterioris certe conditionis est: nam insensibilior est i, sis jumentis, similibusque lapidibus. Succurritne memoria Nabalille Carmelus? Succurrant & beneficia, quæ à David acceperat, quibus cum ingratus extiterit, *Morsuum est cor ejus intrinsecus, & factus est quasi lapis.* Et certe ingratus est insensibilis ceu lapis.

1. Reg. 25. Ingratus similis lapidi.

Quid verò, inquires, si deterioris adhuc conditionis ingratum ostendero? Ingratus est veluti Dæmon. Dicit hoc David: *Pro eo, ut me diligerent, deridebant mihi.* Hebr. *Satana erant mihi, &c.* O vitium!

Ac veluti dæmon. Ps. 108. Hebr.

Fugiamus hoc, Fratres, fugiamus, idque jugi beneficiorum memoria, perpetuaque gratiarum actione. Hoc etiam docere nos voluit Salvator, cum in deserto quinque hominum millia duobus piscibus, & quinque panibus hordeaceis cibavit, & Apostolis, quæ superaverant fragmenta,

fragmenta, ne perirent, colligere præcepit. Cur enim putamus, munificentissimum Dominum tam anxie reliquias huiusmodi colligi mandasse? Bern. Iubemur colligere fragmenta, ne pereant, id est, nec minima beneficia oblivisci.

Ioan. 6.  
Bern. serm. in  
Cant.  
Esb. 6.

Beneficia Dei  
diligenter an-  
notanda.

Si Rex ille habebat Annales, in quibus annotaret; quæ singulis diebus à subditis veluti beneficia accepisset: nos Annales, ac diarios libros non habebimus, in quibus quotidiana Dei beneficia conscribamus? quoties à morte nos liberavit? quoties, &c.

Malach. 5.  
Hebr.

Si Deus ipse habet libros *Monimenti*. Hebr. *Recordationis, & memoria*, in quibus notet res nostras; nos libros non habeamus, in quibus indelebiter res ejus scribamus?

Psal. 102.  
Symmach.  
Beneficia, &  
gratiarum  
actio eisdem  
vocalibus effe-  
runtur.

*Benedic, anima mea, Domino, & noli oblivisci omnes retributiones ejus; vel cum Symmacho: Omnia beneficia ejus.* Vbi notandum, eandem vocem, cum beneficia, tum gratiarum actiones significare: quò intelligamus, quàm conjunctim beneficium gratiarum exigit actionem; nam ubi accipis beneficium, ibi simul referendæ gratiæ munus assumis.

Cant. 1.  
Columba sym-  
bolum grati.

Noverat anima illa, quæ propterea est assimilata columbæ: *Oculi tui columbarum.* Et, *veni, columba, &c.* quòd scilicet instar columbæ ad singula, quæ cælitus accipiebat beneficia, oculos in altum levabat, immensasq; largitori omnium gratias referebat.

Psal. 144.

David: *Aperisti manum tuam, & impleas omne animal benedictione, hoc est, donis, ac beneficiis, ob quæ te benedicere tenetur. Sed quid est homo, quòd memor es ejus?* Hebr. *Quid est Enos, immemor, obliviosus, quòd memor es ejus?* Vitium Philosphorum illorum, de quibus Apost. *Nec gratias egerunt, &c.* qui propterea lumen perdidit. Sic plerique ob ingratitude[m] privantur lumine, ac donis, &c.

Psal. 8.  
Hebr.

Rom. 7.

A propria existimare. Apost. *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Chrysoft. *Quid dicis, ô Paule? Paulò antè dicebas: Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum; & nunc dicis: Qui dilexit me; & proprium usurpas commune beneficium? Respondet: Pecuniare hoc est amori, ut ex communibus propria faciat. Qui dilexit me. Quid dicis? Te solum dilexit? Omnem hominum naturam dilexit: sed ego ei gratias debeo, quàm me solum dilexerit. Quid ergo, pro te solo crucifixus est? Annon dicit: Si exaltatus fuero, traham ad me omnes? Nonne tu dixisti, quòd pro nobis omnibus tradidit seipsum? Perfectò non loquor pugnantia, sed meum amorem ita solor, Qualem igitur vicissim gratiarum actionem exhibere poterimus tam divitem erga nos charitatem declaranti? Etiam si animam ipsam impendamus pro suis legibus, neque sic ad charitatis modum pertingere poterimus, quam erga nostrum declaravit genus. Ipse enim DEUS existens pro hominibus hoc subit, & DOMINUS pro servis, & non pro servis simpliciter, sed pro ingratiss, & perpetuis inimicis, & ipse prior indignis, & toties lapsis tantam contulit beneficentiam. Nos autem, etiam si faciamus, quæcunque facere poterimus, nihil magnum faciemus: ut ei, qui nos tantis beneficiis prævenit, aliquid rependamus: nostra enim, si qua sequuntur, retributio quidem sunt, & debitum; illius autem sunt & gratia, & beneficia, & largitionis magnitudo.*

Gal. 2.  
Rom. 8.  
Chryf. hom.  
34. in Gen.  
Beneficia com-  
munia in pri-  
vatis recen-  
senda.

Ioan. 12.

O quàm hæc omnia ab his, qui ingrati extiterint, sentientur in hora mortis! *Arguam te, & statuam contra faciem tuam; vel juxta Isid. Clar. Statuam me contra oculos tuos; hoc est me ipsum natum, passum, cruci affixum, cum tot, tantisque beneficiis ante oculos tuos constituam, ut ingratitude[m] arguaris, & confundaris.*

Psal. 49.  
Isid. Clar.  
Ingratis male  
erit in supremâ  
horâ.

Grati animi est, beneficia commuata

Sss 1 His.

Etia, eia, ingratitude abominare. A. gratiesque Deo pro immensis beneficiis. redde: omnia illi restitue, à quo omnia accepisti: idque cunctis audientibus, ac testibus confirere. Id enim tam verum est, quam quod verissimum: nam si in te ipso aliquid bonitatis est, Omnis bonitas, inquit Dionys. à prima bonitate est: si quid sapientia, Omnis sapientia, ait Salomon, à Domino Deo est. Si quid authoritatis, ac potentia: Non est potestas, nisi à Deo, inquit Paulus. Si aliquid natura, aut gratia donum: Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum, inquit Iacobus: Si tandem mente, & cogitatione rerum omnium, quæ in te, aut extra te sunt, auctorem quaeris: quicquid est, à te est, quia sine te nihil est, ait cū Deo loquens August. Benedic, ergo, benedic, anima mea, Domino, & omnia, quæ intra me (& extra me) sunt, nomini sancto ejus.

Iac. 1.

D. August.  
Psal. 102.

Ecc. 1.

Omnia flumina intrant in mare, & ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant. O si in illud inexhaustum omnium gratiarum mare, tot beneficiorum flumina reverterentur, quam plenius, quam copiosius iterum defluerent!

## DE PECCATO, materia Orationis.

*Peccatum est summa abominatio.*

### PVNCTVM CLVII.

Marc. 13.  
Deut. 13.

Cum videtur abominationem desolationis, qua, &c. In Deuter. vocat DEUS Moysen: Accede, dic populo meo: Si audieris in una urbium tuarum dicentes: Eamus, & serviamus Dii alienis, quare sollicitè, & diligenter: rei veritate perspecta, si in veneris certum esse, quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, statim percussus habi-

tatores urbis illius in ore gladii, & delebis eam: omniaque, quæ in illa sunt, usque ad pecora: quicquid etiam suppellectilis fuerit, congregabis in medio platearum ejus, & cum ipsa civitate succendes, ita ut universa consumas, & sit tumulus sempiternus, non edificabitur amplius. Ad litteram fuit hæc abominatio, Jerusalem suum Deum non agnoscere, suum Deum non recipere, sed peccando Diis alienis servire, unde delera est, facta est tumulus sempiternus, non reedificata jam amplius.

Quantoperè Deus abominatur peccatum! Percussus habitatores urbis in ore gladii, Peccatum & delebis eam, omniaque, quæ in illa sunt, quàm abominusque ad pecora. Quid, quæso, Domine, nabile Deo. animalia commecerunt, pueri, supellex, mœnia, & palatia? ob peccatum hæc omnia abominor, non sit lapis super lapidem, sit tumulus: Non edificabitur amplius.

Amor, quo populum, quem sibi elegerat, prosequeretur, insignis proorsus, ac mirus est. In eodem libro: En Domini Dei tui calum est, & calum cali, & tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus, & elegit eos, & semen eorum post eos. q. diceret: Hic Deus immensus, infinitus, Creator cælorum, vestri non erat indigus, sed sola benignitate sua vos elegit, atque dilexit, & non vulgari quidem, sed arctissima dilectione. Conglutinatus est. Corn. à Lap. Corn. à Lap. Verbum, conglutinatus, significat vehementiam amoris. Sic anima Sichem dicitur conglutinata cū Dina, & anima Jacob pendere ex anima Benjamin, vel, ut Hebr. est Hebr. illi colligata esse. Sic igitur Deus populum diligebat, ut eidem conglutinatus diceretur.

Sic etiam in signum, & ostensionem amoris, ut notat. Hier. aquila comparatur: Sicut aquila provocans ad volandum Isr. 65. pullos suos, assumpsit eum, atque portavit in Deut. 32. humeris suis, in brachiis, ut infantium charorum gerulus: Circumdixit eum, & docuit, & custodivit sicut pupillam oculi sui. Est hæc in tota Scriptura reperire verba majoris affectus. Inter cæteras animan-

tes;